‘ΥΠΕΡΕΙΔΟΥ

ΛΟΓΟΣ ’ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ.

‛ΥΠΕΡΕΙΔΟΥ

ΛΟΓΟΣ ’ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ.

Perlatus est ad me his ipsis diebus ‛Υπερείδου λόγος ἐπιτάφιος ex vetusto Codice papyraceo circa Thebas Aegyptias nescio unde effosso et nunc in Musei Britannici tutissimum portum delato editus Cantabrigiae a viro celeberrimo C. Babington.

Habemus igitur nobilissimam Hyperidis orationem funebrem anno 323 a. Chr. ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ Λαμιακῷ πολέμῳ πεσοῦσιν in Ceramico habitam. Prodiit ex papyraceo libro, quem quominus saeculo secundo an tertio post Christum exaratum esse credamus nihil prorsus est quod impediat. Negligenter admodum descriptus est is liber et scatet mendis erroribusque, quorum plerosque unusquisque ad primam statim lectionem facile corrigat: alia quaedam sunt gravius foediusque corrupta, ut quid dicat Orator plane non intelligatur, et quid tandem dixerit et quomodo dixerit diligenter quaerendum esse appareat. Itaque miror nonnihil quomodo celeberrimus Editor tantum possit Codicibus Mss. tribuere quantum in Praefatione profitetur. Sed de illa re neque nunc neque posthac cum eo contendere in animo est, neque redarguere si quid in eius correctionibus et supplementis inest ἀδιανόητον aut male Graece dictum formatumve. Quod dedit gratus accipio, dedit enim novam Hyperideam orationem tam admirabili artificio ad ipsius Codicis imaginem descriptam

Ὁ Λεωσθένης παραβοηθῶν τοῖς ἰδίοις καὶ πληγεὶς εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ παραχρῆμα ἔπεσε καὶ λιποψυχήσας εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπεκομίσθη. Τῇ τρίτῃ δ' ἡμέρᾳ τελευτήσαντος αὐτοῦ καὶ ταφέντος ἡρωϊκῶς διὰ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ δόξαν ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον εἰπεῖν προσέταξεν Ὑπερείδῃ τῷ πρωτεύοντι τῶν ῥητόρων τῇ τοῦ λόγου δεινότητι καὶ τῇ κατὰ τῶν Μακεδόνων ἀλλοτριότητι. Κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὸν καιρὸν ὁ κορυφαῖος τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων Δημοσθένης ἐπεφεύγει καταδεδικασμένος ὡς εἰληφὼς τῶν Ἁρπαλείων χρημάτων.

DIODORUS SICULUS XVIII. 13.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA ·

ʽΥΠΕΡΕΙΔΟΥ

ΛΟΓΟΣ ʼΕΠΙΤΑΦΙΟΣ.

Perlatus est ad me his ipsis diebus *ʽΥπερείδου λόγος ἐπιτάφιος* ex vetusto Codice papyraceo circa Thebas Aegyptias nescio unde effosso et nunc in Musei Britannici tutissimum portum delato editus Cantabrigiae a viro celeberrimo C. Babington.

Habemus igitur nobilissimam Hyperidis orationem funebrem anno 323 a. Chr. *ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ Λαμιακῷ πολέμῳ πεσοῦσιν* in Ceramico habitam. Prodiit ex papyraceo libro, quem quominus saeculo secundo an tertio post Christum exaratum esse credamus nihil prorsus est quod impediat. Negligenter admodum descriptus est is liber et scatet mendis erroribusque, quorum plerosque unusquisque ad primam statim lectionem facile corrigat: alia quaedam sunt gravius foediusque corrupta, ut quid dicat Orator plane non intelligatur, et quid tandem dixerit et quomodo dixerit diligenter quaerendum esse appareat. Itaque miror non-nihil quomodo celeberrimus Editor tantum possit Codicibus Mss. tribuere quantum in Praefatione profitetur. Sed de illa re neque nunc neque posthac cum eo contendere in animo est, neque redarguere si quid in eius correctionibus et supplementis inest *ἀδιανόητον* aut male Graece dictum formatumve. Quod dedit gratus accipio, dedit enim novam Hyperideam orationem tam admirabili artificio ad ipsius Codicis imaginem descriptam

et expressam, ut unusquisque nobile illud Antiquitatis monumentum veluti oculis suis quam accuratissime perscrutari et rimari possit. Certabimus igitur philologi omnes ut praeclarae orationi sublatis undique naevis pristinus suus splendor restituatur, quamobrem et ipse novum hoc *ἕρμαιον* quanta maxima potui cura passim emendatum in omnium, qui Graecas Litteras amant, notitiam proferam. Describam igitur quidquid in vetusto libro commode legi intelligique potest, restituta ubicumque potero vera scriptura, resectisque omnibus quae temere et infeliciter suppleta lectori acuto et Graece scienti nil nisi taedium et fastidium pariunt.

Τῶν μὲν λόγων τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ περί τε Λεωσθένους τοῦ στρατηγοῦ καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν μετ' ἐκείνου τετελευτηκότων ἐν τῷ πολέμῳ ὡς ἦσαν ἄνδρες ἀγαθοὶ μάρτυρες . . . .
5 . . . .
καὶ μάλιστα φοβοῦμαι μή μοι συμβῇ τὸν λόγον ἐλάττω φαίνεσθαι τῶν ἔργων τῶν γεγενημένων. πλὴν κατ' ἐκεῖνό γε πάλιν θαρρῶ ὅτι τὰ ὑπ' ἐμοῦ καταλειπόμενα ὑμεῖς οἱ ἀκούοντες προσθήσετε.
10 *οὐ γὰρ ἐν τοῖς τυχοῦσιν οἱ λόγοι ῥηθήσονται ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τοῖς μάρτυσι τῶν ἐκεῖ πεπραγμένων. Ἄξιον δ' ἐστὶν ἐπαινεῖν τὴν μὲν πόλιν ἡμῶν τῆς προαιρέσεως ἕνεκεν τὸ προελέσθαι ὅμοια καὶ ἔτι σεμνότερα καὶ καλλίω τῶν πρότερον αὐτῇ πεπραγμένων, τοὺς δὲ τετελευτηκότας τῆς ἀνδρείας τῆς ἐν τῷ*
15 *πολέμῳ τὸ μὴ καταισχῦναι τὰς τῶν προγόνων ἀρετάς, τὸν δὲ στρατηγὸν Λεωσθένη δι' ἀμφότερα· τῆς τε γὰρ προαιρέσεως εἰσηγητὴς τῇ πόλει ἐγένετο καὶ τῆς στρατείας ἡγεμὼν τοῖς πολίταις κατέστη. Περὶ μὲν οὖν τῆς πόλεως διεξιέναι τὰ καθ' ἕκαστον τῶν πρότερον πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα οὔτε ὁ χρόνος ὁ παρ-*
20 *ὼν ἱκανὸς, οὔτε ὁ καιρὸς ἁρμόττων τῷ μακρολογεῖν, οὔτε ῥᾴδιον ἕνα ὄντα τοσαύτας καὶ τηλικαύτας πράξεις ἐπελθεῖν καὶ μνημονεῦσαι. Ἐπὶ κεφαλαίων δ' οὐκ ὀκνήσω εἰπεῖν περὶ αὐτῆς· ὥσπερ γὰρ ὁ ἥλιος πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπέρχεται τὰς μὲν ὥρας διακρίνων κατὰ τρόπον καὶ καλῶς πάντα*
25 *καθιστὰς . . . .*

τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν εἰς τὸν βίον χρησίμων, οὕτως καὶ
ἡ πόλις ἡμῶν διατελεῖ τοὺς μὲν κακοὺς κολάζουσα, τοὺς δὲ
δικαίους τιμῶσα, τὸ δὲ ἴσον ἀνθρώποις καὶ ἀξίας ἅπασιν ἀμοι-
βὰς οἷς δεῖ διανέμουσα, καὶ δαπάνας εἰς τὸ καθ' ἡμέραν τοῖς
Ἕλλησι παρασκευάζουσα. 30

. . . .

περὶ Λεωσθένους καὶ τῶν ἄλλων τοὺς λόγους ποιήσομαι. Ἀπορῶ
δὲ πόθεν ἄρξωμαι λέγειν ἢ τίνος πρώτου μνησθῶ. Πότερα περὶ
τοῦ γένους αὐτῶν ἑκάςου διεξέλθω; Ἀλλ' εὔηθες εἶναι ὑπολαμ-
βάνω· τὸν μὲν γὰρ ἄλλους τινὰς ἀνθρώπους ἐγκωμιάζοντα, 35
οἳ πολλαχόθεν εἰς μίαν πόλιν συνεληλυθότες οἰκοῦσι γένος ἴδιον
ἕκαςος συνεισενεγκάμενος, τοῦτον μὲν δεῖ κατ' ἄνδρα γενεαλο-
γεῖν ἕκαςον, περὶ δὲ Ἀθηναίων ἀνδρῶν τοὺς λόγους ποιούμε-
νος, οἷς ἡ κοινὴ γένεσις αὐτόχθοσιν οὖσιν ἀνυπέρβλητον τὴν
εὐγένειαν ἔχει, περίεργον ἡγοῦμαι εἶναι ἰδίᾳ τὰ γένη ἐγκω- 40
μιάζειν. Ἀλλὰ περὶ τῆς παιδείας αὐτῶν ἐπιμνησθῶ; καὶ ὡς
ἐν πολλῇ σωφροσύνῃ παῖδες ὄντες ἐτράφησαν καὶ ἐπαιδεύθη-
σαν, ὅπερ εἰώθασι νέους παιδεύειν; Ἀλλ' οἶμαι πάντας ὑμᾶς
εἰδέναι ὅτι τούτου ἕνεκα δεῖ τοὺς παῖδας παιδευθῆναι, ἵν' ἄν-
δρες ἀγαθοὶ γένωνται· τοὺς δὲ γεγενημένους ἐν τῷ πολέμῳ 45
ἄνδρας ὑπερβάλλοντας τῇ ἀρετῇ πρόδηλόν ἐςιν ὅτι παῖδες ὄν-
τες καλῶς ἐπαιδεύθησαν. Ἁπλούςατον οὖν ἡγοῦμαι εἶναι τὴν
ἐν τῷ πολέμῳ διεξελθεῖν ἀρετὴν καὶ ὡς πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιοι
γεγένηνται τῇ πατρίδι καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν. Ἄρξομαι
δὲ πρῶτον ἀπὸ τοῦ ςρατηγοῦ. καὶ γὰρ δίκαιον. Λεωσθένης 50
γὰρ ὁρῶν τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν τεταπεινωμένην καὶ τὴν δόξαν τὴν
παλαιὰν κατεφθαρμένην ὑπὸ τῶν δωροδοκούντων παρὰ Φιλίππου
καὶ Ἀλεξάνδρου κατὰ τῶν πατρίδων τῶν αὐτῶν, καὶ τὴν μὲν
πόλιν ἡμῶν δεομένην ἀνδρός, τὴν δ' Ἑλλάδα πᾶσαν πόλεως,
ἥτις προςῆναι δυνήσεται τῆς ἡγεμονίας, ἐπέδωκεν ἑαυτὸν μὲν 55
τῇ πατρίδι, τὴν δὲ πόλιν τοῖς Ἕλλησιν εἰς τὴν ἐλευθερίαν.
καὶ ξενικὴν μὲν δύναμιν συςησάμενος, τῆς δὲ πολιτικῆς ἡγε-
μὼν καταςὰς τοὺς πρώτους ἀντιταξαμένους τῇ τῶν Ἑλλήνων
ἐλευθερίᾳ Βοιωτοὺς καὶ Μακεδόνας καὶ Εὐβοᾶς καὶ τοὺς ἄλ-
λους συμμάχους αὐτῶν ἐνίκησε μαχόμενος ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, 60
ἐντεῦθεν δ' ἐλθὼν καὶ καταλαβὼν τὰς εἰσόδους, δι' ὧν καὶ
πρότερον ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας οἱ βάρβαροι ἐπορεύθησαν, τῆς μὲν
ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πορείας Ἀντίπατρον ἐκώλυσεν, αὐτὸν δὲ κα-

ταλαβὼν ἐν τοῖς τόποις τούτοις καὶ μάχῃ νικήσας ἐπολιόρκει
65 κατακλείσας εἰς Λαμίαν, Θετταλοὺς δὲ καὶ Φωκέας καὶ Αἰ-
τωλοὺς καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς ἐν τῷ τόπῳ συμμά-
χους ἐποιήσατο, καὶ ὧν Φίλιππος καὶ Ἀλέξανδρος ἀκόντων
ἡγούμενοι ἐσεμνύνοντο τούτων Λεωσθένης ἑκόντων τὴν ἡγεμο-
νίαν ἔλαβεν. Συνέβη δ' αὐτῷ τῶν μὲν πραγμάτων ὧν προεί-
70 λετο κρατῆσαι, τῆς δ' εἱμαρμένης οὐκ ἦν περιγενέσθαι. Δί-
καιον δ' ἐςὶν μὴ μόνον ὧν ἔπραξεν Λεωσθένης αὐτὸς χάριν
ἔχειν αὐτῷ πολλὴν, ἀλλὰ καὶ τῆς ὕςερον γενομένης μάχης
μετὰ τὸν τούτου θάνατον καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν τῶν ἐν τῇ
ςρατείᾳ ταύτῃ συμβάντων τοῖς Ἕλλησιν. ἐπὶ γὰρ τοῖς ὑπὸ
75 Λεωσθένους τεθεῖσιν θεμελίοις οἰκοδομοῦσιν οἱ νῦν τὰς ὕςερον
πράξεις. Καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ με τῶν ἄλλων πολιτῶν μηδένα
λόγον ποιεῖσθαι διὰ τὸ Λεωσθένη μόνον ἐγκωμιάζειν. Συμβαίνει
γὰρ τὸν Λεωσθένους ἔπαινον ἐπὶ ταῖς μάχαις ἐγκώμιον καὶ
τῶν ἄλλων πολιτῶν εἶναι· τοῦ μὲν γὰρ βουλεύεσθαι καλῶς
80 ὁ ςρατηγὸς αἴτιος, τοῦ δὲ νικᾶν μαχομένους οἱ κινδυνεύειν
ἐθέλοντες τοῖς σώμασιν, ὥς' ἐμὲ, ὅταν ἐπαινῶ τὴν γεγονυῖαν
νίκην, ἅμα τῇ Λεωσθένους ἡγεμονίᾳ καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἀρετὴν
ἐγκωμιάζειν. Τίς γὰρ οὐκ ἂν δικαίως ἐπαινοίη τῶν πολιτῶν
τοὺς ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ τελευτήσαντας, οἳ τὰς ἑαυτῶν ψυ-
85 χὰς ἔδωκαν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας, Φανερωτάτην
ἀπόδειξιν ταύτην ἡγούμενοι εἶναι τοῦ βούλεσθαι τῇ Ἑλλάδι
τὴν ἐλευθερίαν περιθεῖναι τὸ μαχόμενοι τελευτῆσαι ὑπὲρ αὐ-
τῆς. Μέγα δ' αὐτοῖς συνεβάλετο εἰς τὸ προθύμως ὑπὲρ τῆς
πατρίδος ἀγωνίσασθαι τὸ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ τὴν μάχην τὴν πρώ-
90 την γενέσθαι. Ἑώρων γὰρ τὴν μὲν πόλιν τῶν Θηβαίων οἰκ-
τρῶς ἠΦανισμένην ἐξ ἀνθρώπων, τὴν δὲ ἀκρόπολιν αὐτῆς
Φρουρουμένην ὑπὸ τῶν Μακεδόνων, τὰ δὲ σώματα τῶν ἐνοι-
κούντων ἐξηνδραποδισμένα, τὴν δὲ χώραν ἄλλους διανεμομέ-
νους, ὥςε πρὸ ὀΦθαλμῶν ὁρώμενα αὐτοῖς τὰ δεινὰ ἄοκνον
95 παρεῖχε τόλμαν εἰς τὸ κινδυνεύειν προχείρως. Ἀλλὰ μὴν
τήν γε περὶ Πύλας καὶ Λαμίαν μάχην γενομένην οὐχ ἧττον
αὐτοῖς ἔνδοξον γενέσθαι συμβέβηκεν ἧς ἐν Βοιωτοῖς ἠγωνίσαν-
το οὐ μόνον τῷ μαχομένους νικᾶν Ἀντίπατρον καὶ τοὺς συμ-
μάχους, ἀλλὰ καὶ τῷ τόπῳ, τῷ ἐνταυθοῖ γεγενῆσθαι τὴν
100 μάχην. Ἀφικνούμενοι γὰρ οἱ Ἕλληνες ἅπαντες δὶς τοῦ ἐνιαυ-
τοῦ εἰς τὴν Πυλαίαν θεωροὶ γενήσονται τῶν ἔργων τῶν πε-

πραγμένων αὐτοῖς. Ἅμα γὰρ εἰς τὸν τόπον ἀθροισθήσονται καὶ τῆς τούτων ἀρετῆς μνησθήσονται. Οὐδένες γὰρ πώποτε τῶν γεγονότων οὔτε περὶ καλλιόνων οὔτε πρὸς ἰσχυροτέρους [οὔτε] μετ' ἐλαττόνων ἠγωνίσαντο, τὴν ἀρετὴν ἰσχὺν καὶ τὴν ἀν- 105 δρείαν πλῆθος ἀλλ' οὐ τὸν πολὺν ἀριθμὸν τῶν σωμάτων εἶναι κρίνοντες. καὶ τὴν μὲν ἐλευθερίαν εἰς τὸ κοινὸν πᾶσιν κατέθεσαν, τὴν δ' εὐδοξίαν ἀπὸ τῶν πράξεων ἀΐδιον ςέφανον τῇ πατρίδι περιέθηκαν. Ἄξιον τοίνυν συλλογίσασθαι καὶ τί ἂν συμβῆναι νομίζομεν μὴ κατὰ τρόπον τούτων ἀγωνισαμένων; 110 Ἆρ' οὐκ ἂν ἑνὸς μὲν δεσπότου τὴν οἰκουμένην ὑπήκοον ἅπασαν εἶναι, νόμῳ δὲ τῷ τούτου τρόπῳ ἐξ ἀνάγκης χρῆσθαι τὴν Ἑλλάδα; Συνελόντι δ' εἰπεῖν τὴν Μακεδόνων ὑπερηφανίαν καὶ μὴ τὴν τοῦ δικαίου δύναμιν ἰσχύειν παρ' ἑκάςοις, ὥςε μήτε γυναικῶν μήτε παρθένων μηδὲ παίδων ὕβρεις ἀνεκλείπ- 115 τους ἑκάςοις καθεςάναι. Φανερὸν δ' ἐξ ὧν ἀναγκαζόμεθα καὶ νῦν ἔχειν· θυσίας μὲν ἀνθρώποις γιγνομένας ἐφορᾶν, ἀγάλματα δὲ καὶ βωμοὺς καὶ ναοὺς τοῖς μὲν θεοῖς ἀμελῶς, τοῖς δὲ ἀνθρώποις ἐπιμελῶς συντελούμενα, καὶ τοὺς τούτων οἰκέτας ὥσπερ ἥρωας τιμᾶν ἡμᾶς ἀναγκαζομένους. Ὅπου δὲ τὰ 120 πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια διὰ τὴν Μακεδόνων τόλμαν ἀνῄρηται, τί τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους χρὴ νομίζειν; Ἆρ' οὐκ ἂν παντελῶς καταλελύσθαι; ὥςε ὅσῳ δεινότερα τὰ προσδοκώμεν' ἂν γενέσθαι κρίνομεν, τοσούτῳ μειζόνων ἐπαίνων τοὺς τετελευτηκότας ἀξίους χρὴ νομίζειν. Οὐδεμία γὰρ ςρατεία τὴν τῶν ςρα- 125 τευομένων ἀρετὴν ἐνεφάνισεν μᾶλλον τῆς νῦν γεγενημένης, ἐν ᾗ γε παρατάττεσθαι μὲν ὁσημέραι ἀναγκαῖον ἦν, πλείους δὲ μάχας ἠγωνίσθαι διὰ μιᾶς ςρατείας ἢ τοὺς ἄλλους πάντας [πληγὰς λαμβάνειν] ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ, χειμώνων δ' ὑπερβολὰς καὶ τῶν καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων ἐνδείας τοσαύ- 130 τας καὶ τηλικαύτας οὕτως ἐγκρατῶς ὑπομεμενηκέναι, ὥςε καὶ τῷ λόγῳ χαλεπὸν εἶναι φράσαι. Τὸν δὴ τοιαύτας καρτερίας ἀόκνως ὑπομεῖναι τοὺς πολίτας προτρεψάμενον Λεωσθένη καὶ τοὺς τῷ τοιούτῳ ςρατηγῷ προθύμως συναγωνιςὰς σφᾶς αὐτοὺς παρασχόντας ἆρ' οὐ διὰ τὴν τῆς ἀρετῆς ἀπό- 135 δειξιν εὐτυχεῖς μᾶλλον ἢ διὰ τὴν τοῦ ζῆν ἀπόλειψιν ἀτυχεῖς νομιςέον; Οἵτινες θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἐκτήσαντο καὶ διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν τὴν κοινὴν ἐλευθερίαν τοῖς Ἕλλησιν ἐβεβαίωσαν; Φέρει γὰρ πᾶσαν εὐδαιμονίαν ἄνευ τῆς αὐτοῦ

140 ὁ μείνας. Οὐ γὰρ ἀνδρὸς ἀπειλὴν, ἀλλὰ νόμου φωνὴν κυριεύειν δεῖ τῶν εὐδαιμόνων, οὐδ' αἰτίαν φοβερὰν εἶναι τοῖς ἐλευθέροις, ἀλλ' ἔλεγχον, οὐδ' ἐπὶ τοῖς κολακεύουσιν τοὺς δυναςὰς καὶ διαβάλλουσιν τοὺς πολίτας τὸ τῶν πολιτῶν ἀσφαλὲς, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τῶν νόμων πίςει γενέσθαι, ὑπὲρ ὧν
145 ἁπάντων οὗτοι πόνους πόνων. διαδόχους ποιούμενοι καὶ τοῖς καθ' ἡμέραν κινδύνοις τοὺς εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον φόβους τῶν πολιτῶν καὶ τῶν Ἑλλήνων παραιρούμενοι τὸ ζῆν ἀνήλωσαν εἰς τὸ τοὺς ἄλλους καλῶς ζῆν. Διά τοι τούτους πατέρες ἔνδοξοι, μητέρες περίβλεπτοι τοῖς πολίταις γεγόνασιν, ἀδελ-
150 φαὶ γάμων τῶν προσηκόντων ἐννόμως τετυχήκασι καὶ τεύξονται, παῖδες ἐφόδιον εἰς τὴν πρὸς τὸν δῆμον εὔνοιαν τὴν τῶν οὐκ ἀπολωλότων ἀρετήν — οὐ γὰρ θεμιτὸν τούτου τοῦ ὀνόματος τυχεῖν τοὺς οὕτως ὑπὲρ καλῶν τὸν βίον ἐκλιπόντας — ἀλλὰ τῶν τὸ ζῆν εἰς ἀμείνω τάξιν μετηλλαχότων ἕξουσιν.
155 Εἰ γὰρ ὁ τοῖς ἄλλοις ὢν ἀλγεινότατος θάνατος τούτοις ἀρχηγὸς μεγάλων ἀγαθῶν γέγονε, πῶς τούτους οὐκ εὐτυχεῖς κρίνειν δίκαιον, ἢ πῶς ἐκλελοιπέναι τὸν βίον, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀρχῆς γεγονέναι καλλίω γένεσιν τῆς πρώτης ὑπαρξάσης; Τότε μὲν γὰρ παῖδες ὄντες ἄφρονες ἦσαν, νῦν δ' ἄνδρες
160 ἀγαθοὶ γεγόνασι. καὶ τότε μὲν ἐν πολλῷ χρόνῳ καὶ διὰ πολλῶν κινδύνων τὴν ἀρετὴν ἀπεδείξαντο, νῦν δ' ἀπὸ ταύτης * * * γνωρίμους πᾶσι καὶ μνημονευτοὺς δι' ἀνδραγαθίαν γεγονέναι. Τίς γὰρ καιρὸς, ἐν ᾧ τῆς τούτων ἀρετῆς οὐ μνημονεύσομεν; Τίς τόπος, ἐν ᾧ ζήλου καὶ τῶν ἐντιμοτάτων
165 ἐπαίνων τυγχάνοντας οὐκ ὀψόμεθα; Πότερον οὐκ ἐν τοῖς τῆς πόλεως ἀγαθοῖς; Ἀλλὰ τὰ διὰ τούτους γεγονότα τίνας ἄλλους ἢ τούτους ἐπαινεῖσθαι καὶ μνήμης τυγχάνειν ποιήσει; Ἀλλ' οὐκ ἐν ταῖς ἰδίαις εὐπραξίαις; Ἀλλ' ἐν τῇ τούτων ἀρετῇ βεβαίως αὐτῶν ἀπολαύσομεν. Παρὰ ποίᾳ δὲ τῶν ἡλι-
170 κιῶν οὐ μακαριςοὶ γενήσονται, ...

. . . .

ἐν ἅπασι καὶ λόγοις καὶ ᾠδαῖς ἐπαινεῖν. Ἐπ' ἀμφότερα γὰρ ἐξέςαι ὑμνεῖν τὰ περὶ Λεωσθένους καὶ τῶν τελευτησάντων ἐν τῷ πολέμῳ. Εἰ μὲν γὰρ ἡδονῆς ἕνεκεν ὑμνήσουσιν τὰς τοιαύτας
175 καρτερίας, τί γένοιτ' ἂν τοῖς Ἕλλησιν ἥδιον ἢ ἔπαινος τῶν τὴν ἐλευθερίαν παρασκευασάντων ἀπὸ τῶν Μακεδόνων; Εἰ δὲ ὠφελείας ἕνεκεν ἡ τοιάδε ἀνάμνησις γίγνεται, τίς ἂν λόγος

ὠφελήσειεν μᾶλλον τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχὰς τοῦ τὴν ἀρετὴν ἐγκωμιάζοντος καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας; Ἀλλὰ μὴν ὅτι παρ' ἡμῖν καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν εὐδοκιμεῖν αὐτοὺς ἀναγκαῖον ἐκ τούτων φανερόν ἐςιν· ἐν ᾅδου δὲ λογίσασθαι ἄξιον τίνες οἱ τὸν ἡγεμόνα δεξιωσόμενοι τὸν τούτων. Ἆρ' οὐκ ἂν οἰόμεθα φοιτᾶν Λεωσθένη δεξιουμένους καὶ θαυμάζοντας τῶν ἡμιθέων καλουμένων τοὺς ἐπὶ Τροίαν ςρατεύσαντας, ὧν οὗτος ἀδελφὰς πράξεις ἐνςησάμενος τοσοῦτον διήνεγκεν ὥςε οἱ μὲν μετὰ πάσης τῆς Ἑλλάδος μίαν πόλιν εἷλον, ὁ δὲ μετὰ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος μόνης πᾶσαν τὴν τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ἄρχουσαν δύναμιν ἐταπείνωσεν. Κἀκεῖνοι μὲν ἕνεκα μιᾶς γυναικὸς ὑβρισθείσης ἤμυναν, ὁ δὲ πασῶν τῶν Ἑλληνίδων τὰς ἐπιφερομένας ὕβρεις ἐκώλυσεν μετὰ τῶν συνθαπτομένων νῦν αὐτῷ ἀνδρῶν τῶν μετ' ἐκείνους μὲν γεγενημένων, ἄξια δὲ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς διαπεπραγμένων. Λέγω δὴ τοὺς περὶ Μιλτιάδην καὶ Θεμιςοκλέα καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερώσαντες ἔντιμον μὲν τὴν πατρίδα κατέςησαν, ἔνδοξον δὲ τὸν αὐτῶν βίον ἐποίησαν, ὧν οὗτος τοσοῦτον ὑπερέσχεν ἀνδρείᾳ καὶ φρονήσει, ὅσον οἱ μὲν ἐπελθοῦσαν τὴν τῶν βαρβάρων δύναμιν ἠμύναντο, ὁ δὲ μηδ' ἐπελθεῖν ἐποίησεν. Κἀκεῖνοι μὲν ἐν τῇ οἰκείᾳ τοὺς ἐχθροὺς ἐπεῖδον ἀγωνιζομένους, οὗτος δὲ ἐν τῇ τῶν ἐχθρῶν περιεγένετο τῶν ἀντιπάλων. Οἶμαι δὲ καὶ τοὺς τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλίαν τῷ δήμῳ βεβαιότατα ἐνδειξαμένους, λέγω δὲ Ἁρμόδιον καὶ Ἀριςογείτονα οὐδένας οὕτως αὐτοῖς οἰκειοτέρους ἢ ὑμῖν εἶναι νομίζειν ὡς Λεωσθένη καὶ τοὺς ἐκείνῳ συναγωνισαμένους, οὐδὲ ἐκείνοις ἂν μᾶλλον ἢ τούτοις πλησιάσειαν ἐν ᾅδου. Εἰκότως. οὐκ ἐλάττω γὰρ ἐκείνων ἔργα διεπράξαντο, ἀλλ', εἰ δέον εἰπεῖν, καὶ μείζω. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς τῆς πατρίδος τυράννους κατέλυσαν, οὗτοι δὲ τοὺς τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης. Ὦ καλῆς μὲν καὶ παραδόξου τόλμης τῆς πραχθείσης ὑπὸ τῶνδε τῶν ἀνδρῶν, ἐνδόξου δὲ καὶ μεγαλοπρεποῦς προαιρέσεως ἧς προείλοντο, ὑπερβαλλούσης δὲ ἀρετῆς καὶ ἀνδραγαθίας τῆς ἐν τοῖς κινδύνοις, ἣν οὗτοι παρασχόμενοι εἰς τὴν κοινὴν ἐλευθερίαν τῶν Ἑλλήνων . . . .

(caetera perierunt).

Epilogum subiiciam servatum a Stobaeo Floril. CXXIV. 36.

Χαλεπὸν μὲν ἴσως ἐςὶ τοὺς ἐν τοῖς τοιούτοις ὄντας πάθεσι παραμυθεῖσθαι· τὰ γὰρ πένθη οὔτε λόγῳ οὔτε νόμῳ κοιμίζεται, ἀλλ' ἡ φύσις ἑκάςου καὶ φιλία πρὸς τὸν τελευτήσαντα τὸν ὁρισμὸν ἔχει τοῦ λυπεῖσθαι. Ὅμως δὲ χρὴ θαρρεῖν καὶ τῆς λύπης παραιρεῖν εἰς τὸ ἐνδεχόμενον καὶ μεμνῆσθαι μὴ μόνον τοῦ θανάτου τῶν τετελευτηκότων ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς ἧς καταλελοίπασιν. Εἰ δὲ γήρως θνητοῦ μὴ μετέσχον ἀλλ' εὐδοξίαν ἀγήρατον εἰλήφασιν εὐδαίμονές τε γεγόνασι κατὰ πάντα. Ὅσοι μὲν γὰρ αὐτῶν ἄπαιδες τετελευτήκασιν οἱ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἔπαινοι παῖδες αὐτῶν ἀθάνατοι ἔσονται. Ὅσοι δὲ παῖδας καταλελοίπασιν ἡ τῆς πατρίδος εὔνοια ἐπίτροπος αὐτοῖς τῶν παίδων καταςήσεται. Πρὸς δὲ τούτοις εἰ μέν ἐςι τὸ ἀποθανεῖν ὅμοιον τῷ μὴ γενέσθαι, ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ νόσων καὶ λύπης καὶ τῶν ἄλλων τῶν προσπιπτόντων εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον. Εἰ δ' ἐςὶν αἴσθησις ἐν ᾅδου καὶ ἐπιμέλεια παρὰ τοῦ δαιμονίου, ὥσπερ ὑπολαμβάνομεν, εἰκὸς τοὺς ταῖς τιμαῖς τῶν θεῶν καταλυομέναις βοηθήσαντας πλείςης κηδεμονίας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχάνειν.

ANNOTATIONES.

Vs. 1. Τῶν *μὲν λόγων*) Babington: (Περὶ) *τῶν μὲν λόγων*, quae non est Graeca compositio. *Τῶν λόγων* pendet a *μάρτυρες*.

Vs. 2. *περί τε Λεωσθένους*) BAB. *τε* omisit. Codex exhibet ΤΑΦΩΙ | . . . . . . ΛΕΩΣΘΕΝΟΥΣ amissis sex litteris, et usus loquendi additum *τε* requirit.

Vs. 6. *ἐλάττω φαίνεσθαι*) Cod. ΕΛΑΤΤ. . . . |. ΕΣΘΑΙ. BAB. *ἐλάττω γενέσθαι*. Quod restituimus et lacunam explet et a sententia postulatur.

Vs. 7. *τῶν ἔργων τῶν γεγενημένων, πλὴν κατ' ἐκεῖνό γε πάλιν θαρρῶ ὅτι τὰ ὑπ' ἐμοῦ κτέ.*) Cod. ΓΕΓΕΝΝΗ . . | ΝΩΝΠΛΗΝΚΑΤ . . . . | ΝΟΓΕΠΑΛΙΘΑ . . . . | ΤΙΤΑΥΠΕΜΟΥ. BAB. male legit ΝΟΙΕ pro ΝΟΓΕ et supplevit *πλὴν καταλογιζόμενοι ἐπ' ἀληθείας καὶ τῷ ὄντι τὰ ὑπ' ἐμοῦ κτέ.* deinde in notula subiecta hariolatur: *πλὴν κατὰ τὸ γεγονὸς ἐπ' ἀληθέςερόν*

τι. Antipatri gladios poterat contemnere Hyperides si sic scripsisset. Quod reposui πλὴν κατ' ἐκεῖνό γε πάλιν θαρρῶ ὅτι non multum vereor, ne quid dubitationis videatur habere. Vides quam presse Codicis vestigia secutus sim, et verba haec ipsa sententia requirebat: πάλιν θαρρῶ *recipio animum* post φοβοῦμαι, et optime habet θαρρῶ κατὰ τοῦτο, κατ' ἐκεῖνο, ὅτι —, et πλὴν — γε Atticorum certo usu nititur. Quod in Codice ΠΑΛΙ pro πάλιν legitur nemini scrupulum iniiciat. Saepe enim scriba N oscitanter omisit, ut statim scriptum est ΟΤΓΑΙΕΤΟΙΣ pro οὐ γὰρ ἐν τοῖς.

Vs. 18. διεξιέναι τὰ καθ' ἕκαςον τῶν πρότερον πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα). In Cod. ΤΑ periit et ΔΑ in Ἑλλάδα. Caetera illaesa sunt, nisi quod scriba primum ΠΡΟΤΕΡΩΝ dederat sed statim ΠΡΟΤΕΡΟΝ correxit. Locus tamen, ut vides, corruptus est et mutilus. Suppleri possit τῶν πρότερον (ἀνὰ) πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα (πεπραγμένων), aut simile quid.

Vs. 21. τοσαύτας καὶ τηλικαύτας πράξεις ἐπελθεῖν) Cod. ΑΠΕΛΘΕΙΝ. BAB. ἐπελθεῖν, quod retinui. Praestat tamen διελθεῖν.

Vs. 22. ἐπὶ κεφαλαίων δ' οὐκ ὀκνήσω εἰπεῖν) Cod. ΕΠΙΚΕΦΑΛΑΙ | . . . ΟΥΚ. BAB. ἐπὶ κεφαλαίου δέ. Atheniensibus ἐπὶ κεφαλαίων εἰπεῖν solemne est dicere. Aeschines de F. L. § 45. ὡς γὰρ δεῦρ' ἤλθομεν καὶ πρὸς τὴν βουλὴν ἐπὶ κεφαλαίων τὴν πρεσβείαν ἀπηγγείλαμεν, et alibi saepe.

Vs. 24. τὰς μὲν ὥρας διακρίνων κατὰ τρόπον καὶ καλῶς πάντα καθιςάς) Cod. ΔΙΑΚΡΙΝΩΝ ..... ΡΕΠΟΝ | ΚΑΙΚΑΛ .... ΣΤΑΣ. BAB. διακρίνων ἀεὶ κατὰ τὸ πρέπον καὶ καλοὺς καιροὺς καθιςάς. Sed neque τὸ πρέπον in his locum ullum habet, neque sol καλοὺς καιροὺς affert, neque καιροὺς καθιςάναι Graecum est. Perinde est Graece dicere εὖ et κατὰ τρόπον: itaque quemadmodum εὖ καὶ καλῶς tritum est omnibus, sic et κατὰ τρόπον καὶ καλῶς optime dicitur. Hyperides infra vs. 109. τί ἂν συμβῆναι νομίζομεν μὴ κατὰ τρόπον τούτων ἀγωνισαμένων;

Vs. 26. τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν εἰς τὸν βίον χρησίμων) Cod. . ΛΛΩΝ | . . . ΝΤΩΝ. BAB. τῶν ἄλλων πάντων. Tres litteras excidisse apparet.

Vs. 27. τοὺς δὲ δικαίους τιμῶσα) Participium ex Cod. exci-

dit. BAB. προτιμῶσα. In tali re inter se opponuntur *poenae* et *honores*, ζημίαι et τιμαί, itaque κολάζειν et τιμᾶν, non προτιμᾶν. Unum exemplum apponam Demosthenis de F. L. § 265. οὐχ ὅπως ὠργίζοντο ἢ κολάζειν ἠξίουν τοὺς ταῦτα ποιοῦντας, ἀλλ' ἀπέβλεπον, ἐζήλουν, ἐτίμων, ἄνδρας ἡγοῦντο. et alterum Lycurgi in Leocratea § 74: χρὴ τοίνυν ὥσπερ τοὺς ἀγαθοὺς ἐπαινεῖτε καὶ τιμᾶτε, οὕτω καὶ τοὺς κακοὺς μισεῖν καὶ κολάζειν. In sqq. in ingenti Codicis lacuna hariolandum est. Quod dedit BAB. τὸ δὲ ἴσον ἀν(θρώποις καὶ ἀ)ξίας ἅπασιν (εὐεργεσίας) οἷς δεῖ δι(ανέμουσα καὶ) δαπάνας (τὰς καθ' ἡμέρ)αν τοῖς Ἕλλη(σι παρασκευ)άζουσα, non placet διανέμειν ἅπασιν ἀξίας εὐεργεσίας. Civitas recte dicitur bene de se meritis omnibus ἀξίας τῶν εὐεργεσιῶν χάριτας ἀποδιδόναι vel διανέμειν. Quae substituimus nihilo sunt certiora et satius est fortasse ab huiusmodi ulcere abstinere manum, donec aliquid inveneris quod omnes veritatis numeros habeat et omnibus extorqueat assensum.

Vs. 32. Ἀπορῶ δὲ πόθεν ἄρξωμαι λέγειν ἢ τίνος πρώτου μνησθῶ.) Cod. .... ΩΔΕΠΟΘΕΝ | ΑΡΞΩΜΑ ...... ΗΤΙΝΟΣ. BAB. νῦν δὲ πόθεν ἄρξωμαι ἐπαινῶν ἢ τίνος. Litterae Ω dimidia pars superest, unde elicui ἀπορῶ. Iis qui in magna dicendi copia negant se orationis principium reperire in ore est illud: ἀπορῶ τοῦ πρώτου μνησθῶ. Demosthenes de Corona § 129. οὐκ ἀπορῶν δὲ ὅ τι χρὴ περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν εἰπεῖν ἀπορῶ τοῦ πρώτου μνησθῶ. Πότερ' ὡς ὁ πατήρ κτέ. quae percommode cum Hyperideis conferentur. Similiter Isocrates de Pace § 38: ἀπορῶ τί ποιήσω. πότερα χρήσωμαι ταῖς ἀληθείαις — ἢ κατασιωπήσω; et plane ut Hyperides, qui et alibi manifesto Isocratem imitatur, in Antidosi § 140: ἀπορῶ δ' ὅ τι χρήσωμαι τοῖς ὑπολοίποις καὶ τίνος πρώτου μνησθῶ. Emenda obiter eiusdem locum his similem in Panathenaico § 176: ἠπόρουν ποτέρων διεξίω πρότερον τοὺς κινδύνους καὶ τὰς μάχας τὰς Σπαρτιατῶν ἢ τὰς τῶν ἡμετέρων, imo vero: πότερον διεξίω πρότερον. Pro ἄρξωμαι ἐπαινῶν, quod lacunae spatium excedit, reposui ἄρξωμαι λέγειν, quod in tali re pervulgatum est. Euripides Med. vs. 475:

ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν.

Caeterum emendavi ἢ τίνος πρώτου μνησθῶ pro Codicis scri-

ptura ΠΡΩΤΟΝ. Quam sit frequens id genus erroris saepe alias multis exemplis demonstravi.

Vs. 35. *τὸν μὲν γὰρ ἄλλους τινὰς ἀνθρώπους ἐγκωμιάζοντα — τοῦτον μὲν δεῖ κατ' ἄνδρα γενεαλογεῖν*) Cod. ΤΟΜΕΝΑΛΛΟΥΣ. Recte BAB. a Schaefero admonitus recepit *τὸν μὲν γὰρ ἄλλους κτὲ.* sed miror utrumque fugisse scripturam Codicis ΤΟΥΤΩΝ eadem opera fuisse emendandam in *τοῦτον μὲν δεῖ κτὲ.* » *Qui* alios quosdam homines laudat *eum* oportet" cet. Qui hoc mihi dederit facilius etiam in vicinia latens vitium odorabitur: *περὶ δὲ Ἀθηναίων ἀνδρῶν τοὺς λόγους ποιούμενον — περίεργον ἡγοῦμαι εἶναι ἰδίᾳ τὰ γένη ἐγκωμιάζειν*, imo vero *ποιούμενος*, quod reposui. Dicere poterat: *τῷ δὲ περὶ Ἀθηναίων τοὺς λόγους ποιουμένῳ*, sed maluit ex sua ipsius persona dicere, quamobrem *ποιούμενος* unice verum est.

Vs. 43. *ἀλλ' οἶμαι πάντας ὑμᾶς εἰδέναι*) BAB. *ἀλλ' οἶμαι πάντας εἰδέναι.* Cod. Π . . . . | ΕΙΔΕΝΑΙ, amissis novem fere litteris: itaque *ὑμᾶς* addidi.

Vs. 44. *ἵν' ἄνδρες ἀγαθοὶ γένωνται*) Cod. et BAB. tralaticio vitio ΙΝΑΑΝΔΡΕΣ. Idem mendum alias BAB. recte sustulit. Deinde sine sensu BAB. supplevit: *τοὺς δὲ γεγενημένους ἐν τῷ πολέμῳ ἀνδρί(ζεσθαι) ὑπερβάλλοντας τῇ ἀρετῇ πρόδηλόν ἐστιν ὅτι παῖδες ὄντες καλῶς ἐπαιδεύθησαν.* In Cod. ΑΝΔΡ perspicue apparent, sequens litterula incerta est. Luce clarius est supplendum esse *γεγενημένους ἐν τῷ πολέμῳ ἄνδρ(ας) ὑπερβάλλοντας τῇ ἀρετῇ.* Argumentum est illis auditoribus *περὶ πόδα*, ut iocantur Attici. »*Non alia de causa*, inquit, *pueri instituuntur, nisi ut fiant ἄνδρες ἀγαθοί. Itaque qui in bello ἄνδρες ἄριστοι γεγένηνται eos manifestum est in pueritia bene institutos fuisse.*" Quum posset dicere *ἄνδρας ἀρίστους* fuisse, etiam concitatius dixit fuisse *ἄνδρας ὑπερβάλλοντας τῇ ἀρετῇ.* Quod Schaeferus apud BAB. coniecit *ἀνδρείους ὑπερβάλλοντας τῇ ἀρετῇ*, non cogitavit vir doct. dici posse *ἀνδρείους ὑπερβαλλόντως*, quemadmodum *διαφερόντως ἀγαθούς*, sed sic *τῇ ἀρετῇ* retineri non posse: neque magis *ἀνδρείους* cum *ὑπερβάλλοντας* posse coniungi, multoque minus cum *ὑπερβάλλοντας τῇ ἀρετῇ.* Simplex et verum est *ἄνδρας ὑπερβάλλοντας τῇ ἀρετῇ*, id est *ἀνδρειοτάτους.*

Vs. 47. *ἁπλούστατον οὖν ἡγοῦμαι*) BAB. *δὲ ἡγοῦμαι.* Cod

Ο . . . | ΓΟΥΜΑΙ, in quo latet *οὖν ἡγοῦμαι*, id quod ipsa sententia loci flagitabat.

Vs. 51. *τεταπεινωμένην καὶ τὴν δόξαν τὴν παλαιὰν κατεφθαρμένην*) BAB. *καὶ τὴν εὐημερίαν κατεφθαρμένην*. Cod. ΚΑ . . . . . . ΕΠΤΗ | . . . . ΙΑΝ. Suspicor ΠΤΗ male lectum pro ΤΗΝ, et Ε non satis certum est. Recepto *τὴν παλαιὰν* quid aliud quam *τὴν δόξαν τὴν παλαιάν* in iis latere potest, quod sententiae egregie satisfacit. Cui ad haec non venit in mentem antiqui carminis:

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτα μὲν ἐκείρατο δόξαν.

Consiliis nostris *laus* est attonsa Laconum.

Sic *veterem* Graeciae *laudem* pessumdedisse dicuntur *οἱ παρὰ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου δωροδοκοῦντες.*

Vs. 55. *πόλεως ἥτις προςῆναι δυνήσεται τῆς ἡγεμονίας*) BAB. *προςῆναι ἡγήσεται*, male explens Codicis lacunam ΠΡΟΣΤΗΝ | . . . . . ΗΣΕΤΑΙ. Etiam literae Ν aliqua pars comparet. Veram lectionem *προςῆναι δυνήσεται* occupavit reponere Schaeferus. Quod continuo sequitur: *ἐπέδωκεν ἑαυτὸν μὲν τῇ πατρίδι, τὴν δὲ πόλιν τοῖς Ἕλλησιν*, Editor Cantabrigiensis partim verum vidit, partim erravit. In Codice est . . . ΩΚΕΝΜΕΝΕΝΑΤΤΟΝ, unde bene rescripsit *ἑαυτὸν μέν*, sed perperam *ἀπέδωκεν* supplevit. Quis enim praesertim admonitus non recordatur Atticos in tali re verbo *ἐπιδίδωμι ἐμαυτόν* uti solere? Itaque *ἐπέδωκεν* revocavi. Eadem opera redde Aristophani in Equitt. 740:

τοὺς μὲν καλούς τε κἀγαθοὺς οὐ προσδέχει,
σαυτὸν δὲ λυχνοπώλαισι καὶ νευρορράφοις,
καὶ σκυτοτόμοις καὶ βυρσοπώλαις ἐπιδίδως.

pro scriptura librorum *βυρσοπώλαισιν δίδως*. Eadem opera emendari potest eiusdem locus in Pluto vs. 781:

δείξω τὸ λοιπὸν πᾶσιν ἀνθρώποις ὅτι
ἄκων ἐμαυτὸν τοῖς πονηροῖς ἐνεδίδουν,

repone sodes *τοῖς πονηροῖς ἐπεδίδουν*. In Thesmophoriazusis vs. 217. pro *ἐπιδιδόναι* restitue aoristum:

ἢ μὴ 'πιδοῦναι 'μαυτὸν ὤφελόν ποτε.

Vs. 59. *καὶ Εὐβοᾶς*) de meo dedi: Codex ΕΥΒΟΕΑΣ. Forma Attica a scriba Aegyptio de more in communem reficta est. Quod continuo additur: *Εὐβοᾶς καὶ τοὺς ἄλλους συμμά-*

χους αὐτῶν ἐνίκησε *μαχομένους* ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, emendavi μαχόμενος, quomodo Athenienses solere dicere facile inter legendum animadvertes. Quemadmodum enim usitatum est dicere: μαχόμενος ἀποθνήσκει et ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος ἀπέθανε, sic etiam de eo, qui *e proelio discessit superior* in usu est ἐνίκησε μαχόμενος. Huius rei duo exempla sunt in hac ipsa oratione: vs. 79. τοῦ μὲν γὰρ βουλεύεσθαι καλῶς ὁ ςρατηγὸς αἴτιος, τοῦ δὲ *νικᾶν μαχομένους* οἱ κινδυνεύειν ἐθέλοντες τοῖς σώμασιν, et vs. 98. οὐ μόνον τῷ *μαχομένους νικᾶν* Ἀντίπατρον καὶ τοὺς συμμάχους, namque perspicuum est idem in alia orationis forma sic dicendum fuisse: ὅτι δὲ ἐνίκησαν μαχόμενοι, et ὅτι μαχόμενοι ἐνίκησαν Ἀντίπατρον καὶ τοὺς συμμάχους. Et sic scripsit Lycurgus in Leocratea § 70: τοὺς μὲν εὐεργετοῦντες, τοὺς δὲ *μαχόμενοι* νικῶντες. Itaque scribae, ut solent, vicino vocabulo συμμάχους participium stulte accommodarunt.

Vs. 76. μηδεὶς ὑπολάβῃ με τῶν ἄλλων πολιτῶν μηδένα λόγον ποιεῖσθαι *διὰ τὸ* Λεωσθένη *μόνον* ἐγκωμιάζειν) Cod. ..... ΛΕΩΣΘΕΝΗΜΕΝΕΓΚΩ. | unde BAB. effinxit *ἐν τῷ* Λεωσθένη *μὲν* ἐγκωμιάζειν, sed ἐν τῷ habet temporis significationem »*dum* Leosthenem laudo" ab hoc loco alienam. Itaque διὰ τὸ reposui. Quid sibi velit μέν nemo facile dicet. Iam tum igitur, ut postea tam saepe, μέν et μόνον in libris confundebantur, namque μόνον unice sententiae convenire manifesta res est.

Vs. 81. ὥς' ἐμὲ, ὅταν ἐπαινῶ τὴν γεγονυῖαν νίκην —, ἅμα — καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἀρετὴν ἐγκωμιάζειν) Cod. ΤΟΙΣΣΩ | .... ΕΟΤΑΝ. BAB. τοῖς σώμασιν ὥςε, ὅταν. Quod supplevi ὥς' ἐμὲ, ὅταν et lacunam explet et a sententia loci et loquendi usu postulatur. Quid tritius quam ὥς' ἐμὲ χαίρειν, ὥςε θαυμάζειν ἐμέ, et in lepido loco Stratonis apud Athen. XI. p. 383. B.

ὥς' ἐμὲ
τῶν τοῦ Φιλητᾶ λαμβάνοντα βιβλίων
ζητεῖν ἕκαςον τί δύναται τῶν ῥημάτων,

ubi male editur ὥςε με et ἕκαςα.

Vs. 89. τὸ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ τὴν μάχην τὴν *πρώτην* γενέσθαι) Cod. ΤΗΝΠ ..... BAB. τὴν πρότερον, quasi *duo* tantum

proelia in eo bello commissa fuissent. Imo vero *οὐδεμία ςρατεία τὴν τῶν ςρατευομένων ἀρετὴν ἐνεφάνισεν μᾶλλον, ἐν ᾗ γε παρατάττεσθαι μὲν ὁσημέραι ἀναγκαῖον ἦν, πλείους δὲ μάχας ἠγωνίσθαι διὰ μιᾶς ςρατείας ἢ τοὺς ἄλλους πάντας*, teste ipso Hyperide vs. 125. Itaque *τὴν πρώτην* verum est, quod nec Schaeferum fugit.

Vs. 90. *ἑώρων γὰρ τὴν μὲν πόλιν τῶν Θηβαίων οἰκτρῶς ἠφανισμένην ἐξ ἀνθρώπων, τὴν δὲ ἀκρόπολιν αὐτῆς φρουρουμένην ὑπὸ τῶν Μακεδόνων*) Pro *αὐτῆς* Cod. exhibet ΕΞΑΥΤΗΣ, quod vocabulum BAB. raro alibi occurrere dicit. Merum est describentis *σφάλμα* pro *αὐτῆς*.

Vs. 92. *τὰ δὲ σώματα*) Cod. ΤΑΤΕΣΩΜΑΤΑ. Mirum quoties Δ et Τ in hoc libro confusa sint. Requiri *δέ* perspicuum est.

Vs. 95. *ἀλλὰ μὴν τήν γε περὶ Πύλας καὶ Λαμίαν μάχην γενομένην*) Cod. ΤΗΝΓΕΠ . . . ΠΥΛΑΣ. BAB. *τήν γε πρὸς Πύλας*, quod non est Graecum, sed *πρὸς Πύλαις*. Quod reposui *περὶ Πύλας* omnium usu tritum est.

Vs. 103. *οὐδένες γὰρ πώποτε τῶν γεγονότων οὔτε περὶ καλλιόνων οὔτε πρὸς ἰσχυροτέρους [οὔτε] μετ' ἐλαττόνων ἠγωνίσαντο*) Manifestos tenemus scribas, qui aliud agentes *οὔτε* de suo addiderunt. Vide quantum ineptiarum ea vocula stulte interposita pepererit. Ioculare imprimis est *οὔτε μετ' ἐλαττόνων ἠγωνίσαντο*, quasi vero *numquam copiae fuerint pauciores*, quam quibus Leosthenes praefuerit. Sed in re manifesta parco verbis.

Vs. 108. *τὴν δ' εὐδοξίαν ἀπὸ τῶν πράξεων ἀΐδιον ςέφανον τῇ πατρίδι περιέθηκαν*) Cod. ΠΑΤΡΙ . . . . . ΕΘΗΚΑΝ. BAB. *τῇ πατρίδι ἀνέθηκαν*. Sed certus et necessarius in tali re usus est verbi *περιτιθέναι ἑτέρῳ καὶ αὐτὸς περιτίθεσθαι* et in perfecto *περικεῖσθαι*. Plato Alcib. II. p. 151. A. *τουτονὶ τὸν ςέφανόν σοι περιθήσω*, et passim Veteres *πῖλον, πιλίδιον, κράνος, περικεφαλαίαν, τιάραν* et sim. *περιτίθεσθαι* dicebant, quum sequiores negligentius loquentes in talibus *ἐπιτίθεσθαι* ponebant, de qua re alias nonnulla annotavi. Itaque *τῇ πατρίδι περιέθηκαν* reposui.

Vs. 109. *Ἄξιον τοίνυν συλλογίσασθαι καὶ τί ἂν συμβῆναι νομίζομεν μὴ κατὰ τρόπον τούτων ἀγωνισαμένων*;) Cod. ΝΟ-

MIZOIMEN, librarius enim voculam *ἂν* cum verbo finito coniungendam esse ratus veram scripturam *νομίζομεν* in optativum depravavit. Sexcenti Atticorum loci eadem de causa labem conceperunt, cuius rei insigniora quaedam exempla ad Demosthenem expromam. In hac ipsa Hyperidis oratione duo alia eiusdem erroris exempla sunt. Legitur in Cod. vs. 123. *ὥϛε ὅσῳ δεινότερα τὰ προσδοκῶμεν' ἂν γενέσθαι κρίνοιμεν τοσούτῳ μειζόνων ἐπαίνων τοὺς τετελευτηκότας ἀξίους χρὴ νομίζειν*, ubi *κρίνομεν* verum esse facile intelliges: scriba *ἂν* — *κρίνοιμεν* aliud agens coniunxit. Secundum exemplum legitur vs. 182. *Ἆρ' οὐκ ἂν οἰόμεθα Φοιτᾶν Λεωσθένη δεξιουμένους καὶ θαυμάζοντας κτέ.* ubi Codicis lectionem ΩΟΜΕΘΑ optime emendavit BAB. qui *οἰόμεθα* revocavit. Peperit imperfectum, ut vides, vocula *ἂν* cum verbo finito oscitanter coniuncta. Nemo dubitabit quin in recta oratione verum sit: *τί ἂν συμβῆναι νομίζομεν μὴ κατὰ τρόπον τούτων ἀγωνισαμένων*; sed ex Graecitatis ingenio et more ea forma non mutatur quum eadem verba suspendantur ex praecedd. *ἄξιον τοίνυν συλλογίσασθαι.*

Foedissima corruptela lectores ludificatur in iis quae post pauca leguntur vs. 114: *ὥϛε μήτε γυναικῶν μήτε παρθένων μηδὲ παίδων ὕβρεις ἀνεκλείπτους ἑκάϛοις καθεϛάναι*, absurde enim *plane contrarium* dicitur quam quod ipsa rei natura et Oratoris consilium postulant. Intercidisse complura suspicor in hanc fere sententiam: *ὥϛε μήτε γυναικῶν μήτε παρθένων μηδε-(μίαν Φειδὼ γίγνεσθαι, ἀλλὰ καὶ τούτων καὶ) παίδων ὕβρεις ἀνεκλείπτους ἑκάϛοις καθεϛάναι.* Verisimillimum est scribam in describendo unum versiculum omisisse, neque id postea animadvertisse. In initio orationis *ὑπὲρ Εὐξενίππου* videbis versiculum unum incuria praetermissum deinde in ora libri suppletum, et in omnibus Codd. Mss. frequens hoc est errandi genus.

In vicinia legitur vs. 116. *Φανερὸν δ' ἐξ ὧν ἀναγκαζόμεθα καὶ νῦν ἔχειν.* Verbi *ἔχειν* vix prima litterula E in Cod. superest cum quatuor litterarum lacuna. Quamquam non facile aliud quid expleveris tamen *ἔχειν* non est satis sententiae accommodatum. Aptius esset *Φέρειν* aut simile quid, »ex iis quae vel nunc *ferre* ac *pati* cogimur." In his quod primum exemplum ponit vitium concepit. Edidit BAB. *θυσίας μὲν ἀν-*

θρώποις γεγενημένας ἐφορᾶν. Cod. ΓΕ . . . ΜΕΝΑΣ. id est *γεινομένας*, quamobrem *γιγνομένας* recepi, id quod res ipsa flagitat et vel ipsum *καὶ νῦν* quod praecedit. Ecquis enim potest *ἐφορᾶν τὸ γεγενημένον τε καὶ παρεληλυθός?* Ridiculum est. Scriba de more dederat ΓΕΙΝΟΜΕΝΑΣ, ut alibi ΓΕΙ-ΝΕΤΑΙ et sim. Ut omnes Veteres pro Ι producto *ει* ponit ΕΝΤΕΙΜΟΝ scribens et ΠΟΛΕΙΤΑΣ, ΚΡΕΙΝΟΝΤΕΣ, ΥΜΕΙΝ, ΚΑΛΛΕΙΩ, ΚΑΛΛΕΙΟΝΩΝ, ΗΔΕΙΟΝ et sim., sed non constat homo indoctus sibi et ΠΟΛΙ pro *πόλει* scribit et ΥΒΡΙΣ pro *ὕβρεις* et ΟΙΚΙΑΙ pro *οἰκείᾳ*, et contra ΔΥΝΑΜΕΙΝ pro *δύναμιν*. Non est igitur ulla dubitatio quin ille ΓΕΙΝΟΜΕ-ΝΑΣ scripserit et nobis *γιγνομένας* sit scribendum.

Vs. 119. *καὶ τοὺς τούτων οἰκέτας)* Cod., in quo saepe ΤΟΥ pro *τούς* legitur, articulum male omittit, quem de meo addidi. Post pauca *κρίνομεν* pro *κρίνοιμεν* corrigendum esse supra admonui.

Vs. 125. *Τὴν τῶν στρατευομένων ἀρετήν)* Inserui *τῶν* in Cod. perperam omissum. Idem requirebat BAB.

Vs. 127. *πλείους δὲ μάχας ἠγωνίσθαι διὰ μιᾶς στρατείας ἢ τοὺς ἄλλους πάντας πληγὰς λαμβάνειν ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ)* Arena sine calce. Exime *πληγὰς λαμβάνειν* et sana erunt omnia. Dicam unde ista nata esse suspicer: nempe ex dittographia et scioli interpolatione. Nihil ferme differunt in libris vetustis ΠΑΝΤΑΣ et ΠΛΗΓΑΣ. In Euripidis Ione vs. 1580. *Ὅπλητες Ἀργαδῆς τ'* abierunt in *ὃ πάντες ἀργολῆς τε*, et passim ΑΝ et ΛΗ permiscentur. Itaque postquam sic *πληγάς* irrepsit, supervenit nescio quis qui fulcrum *λαμβάνειν* de suo supposuit, I nunc et venerare vetustos libros ante XVI saecula scriptos. In eodem mox scriptum esse videbis ΠΑΡΕΠΑΡΛΗΛΥΘΟΤΙ pro *παρεληλυθότι*, et ΥΠΕΡ-ΜΕΜΝΗΚΕΝΑΙ pro *ὑπομεμενηκέναι*, et alia plurima eiusdemmodi.

Vs. 148. *διά τοι τούτους πατέρες ἔνδοξοι)* Cod. pro *τοι* exhibet ΤΟΥ, quod resecuit BAB. Ego ne oratio esset *ἀσύνδετος*, quod non fert loci natura, lenissime in *τοι* refinxi.

Vs. 151. *παῖδες ἐφόδιον εἰς τὴν πρὸς τὸν δῆμον εὔνοιαν τὴν τῶν οὐκ ἀπολωλότων κτέ.)* Cod. ΔΗΜΟΝΕ . . . . | ΑΝ, unde BAB. elicuit *τὴν πρὸς τὸν δῆμον εὐμένειαν*, immemor

εὐμένειαν Deorum esse erga homines. Vera scriptura *εὔνοιαν* erat ante pedes.

Vs. 154. *ἀλλὰ τῶν τὸ ζῆν εἰς ἀμείνω τάξιν μετηλλαχότων*) Cod. ΙΣΑΙΩ . . ΩΝΤΑΞΙΝ, ut videtur, sed fieri potest ut ΙΣΑΜΕ . . scriptum fuerit. Bab. *τὸ ζῆν εὐδαιμόνων τάξιν μετηλλαχότων*. Videor mihi reperisse ipsam Oratoris manum *εἰς ἀμείνω τάξιν*, quod et optime Graecum est, et rei egregie convenit, et cum verbis *τὸ ζῆν μετηλλαχότων* rectissime coniungitur. Perinde bene dicitur *εἰς ἀμείνω τάξιν* et *εἰς κρείττω τάξιν*: eodem sensu dicitur *εἰς ἀμείνω μοῖραν μεταλλάττειν* et *λαγχάνειν μοίρας ἀμείνονος*. In Codice ΙΣ pro *εἰς* esse scriptum nemo mirabitur: dedimus paulo ante huius erroris exempla. Ne *ἀμείνων τάξιν* quidem mirabitur quisquam in libro tot mendis obsito. In eadem pagina occurrit ΤΟΒΙΟΝ pro *τὸν βίον* et ΜΕΝΠΟΛΛΩΝΧΡΟΝΩΙ pro *μὲν ἐν πολλῷ χρόνῳ* et ΚΑΡΟΣ pro *καιρός*. Plane idem mendum in Cod. manifestum tenetur vs. 204. *οὐκ ἐλάττω γὰρ ἐκείνων ἔργα διεπράξαντο ἀλλ', εἰ δέον εἰπεῖν, καὶ μείζω*, ubi diserte scriptum est ΜΕΙΖΩΝ. Si quis ipsum Codicem iterum excutiet suspicor ΙΣΑΜΕ . . ΩΝ esse proditurum: itaque *εἰς ἀμείνω τάξιν* recepi.

Vs. 155. *εἰ γὰρ ὁ τοῖς ἄλλοις ὢν ἀλγεινότατος θάνατος τούτοις ἀρχηγὸς μεγάλων ἀγαθῶν γέγονε, πῶς τούτους οὐκ εὐτυχεῖς κρίνειν δίκαιον κτέ.*) Etiam hoc loco mihi contigit esse tam felici, ut ipsam Oratoris manum in lucem vitamque revocarem. Ex Cod. affertur: ΕΙΓΑΡ . . . . ΣΑΜΟΙ . ΩΝ | ΑΝΕΙΝ . . . ΤΟΣΘΑΝΑΤΟΣ, unde bab. exsculpsit: *εἰ γὰρ δή τις ἀμοιβῶν ἂν εἴη τόπος θάνατος τούτοις ἀρχηγὸς μεγάλων ἀγαθῶν γέγονε*, notabile exemplum lectionis *ἀδιανοήτου*, quales multae ex locis lacunosis extundi solent, ex quibus nemo umquam quidquam sani eliciat. Haec igitur sunt quae ab initio dicebam acuto lectori nil nisi fastidium et nauseam parere. Μ male lectum est pro ΛΛ et ΑΝ pro ΑΛΓ, caetera sana sunt, et sponte hinc emicat vera scriptura quam revocavimus. Non potest igitur Editori sat magna haberi gratia quod ipsum Codicem fidelibus oculis philologorum subiecerit. Caeterum quod refert Editor supra ΠΩΣ duas litterulas, ΓΑ ut videtur, scriptas esse, unde *γάρ* inseruit, fallitur. Neque enim

quidquam est supra scriptum, et nihil omnino desideratur reperta semel vera scriptura eorum, quae praecedunt. Inchoatur enim apodosis sic: *πῶς τούτους οὐκ εὐτυχεῖς κρίνειν δίκαιον κτέ.*

Non fero post pauca vs. 160. *καὶ τότε μὲν ἐν πολλῷ χρόνῳ καὶ διὰ πολλῶν κινδύνων τὴν ἀρετὴν ἀπέδειξαν*, nam quid, quaeso, est *ἀποδείκνυμι τὴν ἀρετήν?* Emendandum arbitror *τὴν ἀρετὴν ἀπεδείξαντο*, et est in Cod. duabus litterulis locus vacuus. Usitatius esse scio *τὴν ἀρετὴν ἐπιδείκνυσθαι*, sed habet tamen *ἀποδείκνυμαι* in tali re satis certam fidem, sed *ἀποδείκνυμι* pariter et ratio et usus respuunt. Usum compositi *ἀποδείκνυμαι τὴν ἀρετήν* firmissime stabiliunt verba Hyperidis vs. 135: *Ἆρ' οὐ διὰ τὴν τῆς ἀρετῆς ἀπόδειξιν εὐτυχεῖς μᾶλλον ἢ διὰ τὴν τοῦ ζῆν ἀπόλειψιν ἀτυχεῖς νομιςέον; κτέ.* in quibus arte quaesita inest paronomasia.

Quod continuo sequuntur vs. 161. *νῦν δ' ἀπὸ ταύτης* * * * *γνωρίμους πᾶσι καὶ μνημονευτοὺς δι' ἀνδραγαθίαν γεγονέναι. Τίς γὰρ καιρὸς, ἐν ᾧ τῆς τούτων ἀρετῆς οὐ μνημονεύσομεν;* in his omisi vocabulum unum, quod neque legere potui neque emendare neque explere. Bab. sibi visus est videre ΑΞΑΘΗΝ deinde correctum in ΑΞΑΘΑΙ, et substituit *ἄρξασθαι* sine ullo sensu, ut vides. In notula subiecta *ἀξιωθῆναι* hariolatur. Diu et multum frustra quaesivi. Λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος. Praeterea BAB. ita syllabas divisit ut scriberet: *γέγονε. ναί· τίς καιρός κτέ.* Cod. vitiose exhibet ΤΙΣΚΑΡΟΣ, in quo latet id quod reposuimus *τίς γὰρ καιρός.* In talibus *γάρ* omitti non potest.

Accedo ad locum prope conclamatum et depositum vs. 172 sqq., in quo tamen exigua quaedam spes salutis superest. Apponam verborum lacinias in Codice superstites cum lacunarum supplementis:

ΑΠΑΣΙΝΚΑὶ *λόγοις καὶ ᾠ*
ΔΑΙΣΕΠΑ*ινεῖν. Ἐπ' ἀμφό*
ΤΕΡΑΓΑΡΕ*ξέςαι ὑμνεῖν*
ΠΕΡΙΛΕΩΣ*θένους*
ΚΑΙΤΩΝΤ*ελευτησάντων*
ΕΝΤΩΙΠΟΛ*έμωι. Εἰ μὲν γὰρ*
ΗΔΟΝΗΣΕΝ*εκεν ὑμνήσ*
ΟΤΣΙΝΤΑΣΤ*οιαύτας καρ*

ΤΕΡΙΑΣΤΙΓΕνοιτ' ἂν τοῖς Ἑλ
ΛΗΣΙΝΗΔΕΙον ἢ ἔπαινος τῶν
ΤΗΝΕΛΕΥΘΕΡΙαν παρασκευα
ΣΑΝΤΩΝΑπὸ τῶν Μακεδό
ΝΩΝΕΙΔΕ ὠφελείας ἕνε
ΚΕΝΗΤΟΙΑδε ἀνάμνησις

γίγνεται, τίς ἂν λόγος ὠφελήσειεν μᾶλλον τοὺς ἀκούοντας κτέ. In his nonnulla, uti vides, ex ipsa sententiae compositione satis certa sunt, veluti εἰ μὲν γὰρ ἡδονῆς ἕνεκεν, et quod ei respondet εἰ δὲ ὠφελείας ἕνεκεν. Satis etiam certum est τί γένοιτ' ἂν τοῖς Ἕλλησιν ἥδιον, de more scriptum ἥδειον. Alia poterunt etiam melius constitui ab aliis, quibus me ad verum reperiendum viam aperuisse iuvabit. Quod autem unus versiculus est caeteris brevior: περὶ Λεωσθένους, sciendum est saepe in Codice versus tantum dimidiatos perscribi, neque quidquam excogitari potest quod inter Λεωσθένους et καὶ τῶν τελευτησάντων ἐν τῷ πολέμῳ sat commode medium interponatur. Babingtoni supplementa commemorare non attinet praeterquam ἀπὸ τῶν Μακεδόνων, quod ab illo repertum verissimum esse arbitror et adscivi.

In sqq. vs. 177. τίς ἂν λόγος ὠφελήσειεν μᾶλλον τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχάς, Codex ΑΚΟΥΣΟΝΤΩΝ exhibet, quod non tantum barbarum est, sed etiam plane absurdum. Nulla umquam fuit oratio neque erit, quae prodesse possit animis eorum qui eam *sint audituri*, id est quae prosit etiam *priusquam audita sit*. Sunt homines et fuerunt aut adulatores aut stulti qui etiam prius quam audiverint quidquam admirantur et plaudunt, sed ea oratio eorum animis nihil profuit. Vide quo delabantur ii qui Codicum scripturas *omnes* insano studio tueantur ac defendant. Babington, qui ἀκουσόντων damnare non audet, eadem pagina veritatis viribus coactus est ΛΟΓΟΙΣ mutare in λοιποῖς, ΦΕΝΕΡΟΝ in φανερόν, ΩΟΜΕΘΑ in οἰόμεθα, ΣΤΡΑΣΑΝΤΑΣ in ϛρατεύσαντας, ΟΙΚΙΑΙ in οἰκείᾳ, ΕΧΘΟΥΣ in ἐχθρούς, ΑΤΟΥ in ᾄδου, ΜΕΙΖΩΝ in μείζω, et ΠΡΟΣΕΙΛΟΝΤΟ in προείλοντο. Itaque nemo reformidet vs. 178. suadente sententia pro τοῦ τὴν ἀρετὴν ἐγκωμιάσοντος reponere praesens ἐγκωμιάζοντος.

Venio nunc ad locum unum omnium pessime a librariis pri-

mum, deinde ab Editore mulcatum. Hyperides dicendi aestu incensus *παρακεκινδυνευμένον* argumentum arripit vs. 179. »*apud nos*, inquit, et reliquos omnes homines illorum laus et gloria vigebit," *ἐν ᾅδου δὲ λογίσασθαι ἄξιον τίνες οἱ τὸν ἡγεμόνα δεξιωσόμενοι τὸν τούτων*. Deinde haec est Codicis apud BAB. scriptura: ΑΡΟΥΚΑΝΩΟΜΕΘΑ | ΟΥΑΝΛΕΩΣΘΕΝΗΔΕΞΙΟΥ | ΜΕΝΟΥΣΚΑΙΘΑΥΜΑΖΟΝΤΑΣ | ΤΩΝΔΕΗΓΟΡΜΕΝΩΝΚΑΙ | . ΟΥΜΕΝΟΥΣΤΟΥΣΕΠΙΣΤΡΑ | ΤΕΙΑΝΣΤΡΑΣΑΝΤ.ΣΩΝ | ΟΥΤΟΣΑΔΕΛΦΑΣΠ.ΑΞΕΙΣ *κτέ.* unde haec BAB. elicuit: *Ἆρ' οὐκ ἂν οἰόμεθα ὁρᾶν Λεωσθένη δεξιουμένους καὶ θαυμάζοντας τῶν διειργασμένων καὶ τοῦ μένους τοὺς ἐπὶ Τροίαν στρατεύσαντας; ὧν οὗτος ἀδελφὰς πράξεις κτέ.* Haeccine pro Graecis edi in Bentleii et Porsoni patria! Leviter doctum hominem ex Burnovii disciplina profectum talia lusisse putes. Dicam primum quid in Codice scriptum esse videatur pro ΤΩΝΔΕΗΓΟΡΜΕΝΩΝ ΚΑΙ.ΟΥΜΕΝΟΥΣ: nempe ΤΩΝΔΕΗΓΟΥΜΕΝΩΝ ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΥΣ. Et ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΥΣ quidem disertissime scriptum est: ΗΓΟΥΜΕΝΩΝ pro ΗΓΟΡΜΕΝΩΝ proditurum esse suspicor, si quis eum locum oculis exercitatis et eruditis aliquando iterum exploraverit. Haec quoque sunt vitiosa et corrupta, sed ad verum indagandum et deprehendendum recta ducunt. Quemadmodum enim ΤΟΥΣΕΠΙΣΤΡΑΤΕΙΑΝΣΤΡΑΣΑΝΤΑΣ a dormitante scriba exaratum est pro *τοὺς ἐπὶ Τροίαν στρατεύσαντας*, ut res ipsa clamat, sic ΤΩΝΔΕΗΓΟΥΜΕΝΩΝΚΑΛΟΥΜΕΝΟΥΣ, oscitanter scriptum est pro *τῶν ἡμιθέων καλουμένων τοὺς ἐπὶ Τροίαν στρατεύσαντας*. Hyperides enim ex omni heroum numero eos tantum commemorat, qui bello Troiano interfuerunt, et quum posset dicere: *Τῶν ἡρώων τοὺς ἐπὶ Τροίαν στρατεύσαντας*, ornatius dicere maluit: *τῶν ἡμιθέων καλουμένων τοὺς ἐπὶ Τροίαν στρατεύσαντας*. Quam recte hoc fecerit si quis forte dubitaret, ipsis verbis Socratis (in Platonis Cratylo p. 398. C.) ex eo quaererem: *οὐκ οἶσθα ὅτι ἡμίθεοι οἱ ἥρωες;* Et Graeci quidem omnes hoc probe sciebant, ut qui ineunte aetate memoriter edidicerant Hesiodi *Ἔργα καὶ Ἡμέρας*, in quibus legitur vs. 158:

ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
ἡμίθεοι.

Plane eodem modo loquitur Socrates apud Platonem in Apolog. p. 28. C. *τῶν ἡμιθέων ὅσοι ἐν Τροίᾳ τετελευτήκασιν.* Itaque verbum non amplius addo.

In iis, quae praecedunt, vs. 182. quod BAB. dedit: *ἆρ' οὐκ ἂν οἰόμεθα ὁρᾶν Λεωσθένη δεξιουμένους καὶ θαυμάζοντας κτέ.* optime *οἰόμεθα* pro *ᾠόμεθα* correctum esse videri supra diximus. Sed non placet OTAN in *ὁρᾶν* refictum, namque ea est sententiae forma et compositio, ut appareat aliquid dici oportere de iis, qui Leosthenem in orco salutarent colerentque. Namque ut recte dicitur in tali re *videre mihi videor*, et Graece *ὁρᾶν μοι δοκῶ* (vid. Bentl. ad Horat. Carm. II. 1. vs. 21), sic plane absonum est »*Nonne me visurum arbitror.*" Itaque in *φοιτᾶν* incidi, ut dixerit Orator: »Nonne *frequentes adfore* putamus?" Post pauca ΔΙΗΝΕΓΚΕΩΣΤΕ in Codice est pro *διήνεγκεν ὥςε.* Nempe in libris vetustissimis et *τὸ προσγεγραμμένον* I et littera N scribarum arbitratu temere passim aut abundat aut omissa est. Praesertim N solent importunum addere in vocabulorum exitu, cuiusmodi est vs. 142. *οὐδ' ἐπὶ τοῖς κολακεύουσιν τοὺς δυναςὰς καὶ διαβάλλουσιν τοὺς πολίτας.* In poëtarum locis haec omnia sedulo corriguntur, ubi metro nocent: in Oratoribus caeterisque corrigenda sunt, ubi offendunt aurem. Libris tantumdem, credo, tribuendum est et in his et in illis.

Vs. 192. *λέγω δὴ τοὺς περὶ Μιλτιάδην καὶ Θεμιςοκλέα*) Cod. . ΕΓΩΔΗ amissa una littera. BAB. *ἐγὼ δή*, sine sensu. Perspicuum est *λέγω δή* scribi oportere, et verba quae praecedunt *τῶν μετ' ἐκείνους μὲν γεγενημένων, ἄξια δὲ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς διαπεπραγμένων* non ad heroes ex bello Troiano, sed ad Miltiadem et Themistoclem esse referenda. Quod quia sat commode servata vulgata scriptura fieri non potest, subit animum suspicio pauca quaedam in praecedentibus scribarum negligentia interiisse. Repetitum in vicinia *ἀνδρῶν* suspicor peperisse lacunam, librarii oculis a priore ad posterius delabentibus. Si hariolari licet, huiusmodi quid Hyperides dixisse potuit: *μετὰ τῶν συνθαπτομένων νῦν αὐτῷ ἀνδρῶν, (οἵτινες τὰς ἀρετὰς ἐζήλωσαν τῶν πάλαι ἐνθάδε κειμένων ἀνδρῶν) τῶν μετ' ἐκείνους μὲν γεγενημένων, ἄξια δὲ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς διαπεπραγμένων. λέγω δὴ τοὺς περὶ Μιλτιάδην καὶ Θεμιςοκλέα καὶ τοὺς ἄλλους κτέ.*

Sic certe omnia commode intelliguntur et optime procedunt: contra e vulgata scriptura numquam te expedies.

Vs. 199. οἶμαι δὲ καὶ — Ἁρμόδιον καὶ Ἀριςογείτονα οὐδένας οὕτως αὐτοῖς οἰκειοτέρους ἢ ὑμῖν εἶναι νομίζειν) salebrosus hic locus est, cuius et scriptura incerta est et sententia impedita. In Codice est ΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΝΑΟΥΘΕΝΟΥΣΟΥΤΩΣ | ΑΥΤΟΙΣΟΙΚΕΙΟΤΕΡΟΥΣΥΜΕΙΝΕΙΝΑΙΝΟΜΙΖΕΙΝ. BAB. Ἀριςογείτονα οὐδ' ἐκείνους οὕτως αὐτοῖς οἰκείους ἢ ὑμῖν εἶναι νομίζειν, quae quid sibi velint non assequor. In ΟΥΘΕΝΟΥΣ suspicor οὐδένας latere. Vetus scribarum error est οὐθείς et οὐθέν pro οὐδείς et οὐδέν ex usu loquendi sequiorum substituere, et pluralis οὐδένες etiam alio huius orationis loco indoctum scribam in errorem impulit vs. 103. οὐδένες γὰρ πώποτε τῶν γεγονότων οὔτε περὶ καλλιόνων — ἠγωνίσαντο, ubi pro οὐδένες librarius turpi errore ΟΥΔΕΝΟΣ scripsit. Sed nondum sic locus perpurgatus est, quem aliorum acumini commendo. Vicina οὐδὲ ἐκείνοις ἂν μᾶλλον ἢ τούτοις πλησιάσειαν ἐν ᾅδου augent etiam molestias. Qui sint ἐκεῖνοι non apparet. Sed multum abest ut illa lectio certa sit. Perspicue cernuntur ΟΥΔΕ . . . . | ΝΟΙΣΑΝΜΑΛΛΟΝ, tres litterulae post ΟΥΔΕ aciem meam fugiunt. Intelligerem οὐδὲ ἑτέροις ἂν μᾶλλον ἢ τούτοις πλησιάσειαν. Optativus πλησιάσειαν mirifice admodum infertur, sed non est veri dissimile mutata una litterula infinitivum restitui oportere cum voeula ἂν de more repetita: πλησιάσαι ἄν. Caeterum, ut dicam aperte quod sentiam, Hyperides in hac parte orationis in argutias quasdam irretivit sese, quae mihi quidem vehementer frigent. Dedit coronae aliquid, quod facile ferimus, sed non ut in iis intentissima cura perscrutandis lubenter multum operae et studii ponamus. Epilogus contra apud Stobaeum servatus et verbis et sententiis splendet et omni labe vacuus est. Post eum locum nihil aliud Orator addidit praeter pauca verba solemnia in hanc sententiam: νῦν δὲ ἤδη πάντες κοινῇ κατὰ τὸν νόμον τοὺς τετελευτηκότας ἀπολοφυράμενοι ἄπιτε.

Operae pretium nunc mihi facturus videor, si vetustissimi libri scripturas manifesto vitiosas omnes sub unum conspectum ponam, iisque spicilegium quoddam interponam animadversionum ἐκ τῶν δευτέρων φροντίδων mihi subnatarum.

In Orationis prooemio omisi paucas quasdam verborum lacinias, unde nihil extundi posse videbatur. Unum tamen est quod inde cum aliqua veri specie elicias. Superest: . . . . . . ΟΝΠΩΚΑ . . . . | . . . . ΟΓΑΚΕΝ, litterae Ο dimidia pars tantum exstat, et Γ quod sequitur male scriptum pro Ρ suspicor, unde emergit: *οὐδὲν ἔργον πω κάλλειον (κάλλιον) ἑόρακεν* nempe *ὁ πᾶς χρόνος* aut *ὁ χρόνος ὁ σύμπας*, quorum verborum manifesta vestigia exstant paulo ante: . . . . ΡΟΝΟCΟ . . . Quis nescit nobilissimum Simonidis epigramma (apud Diodorum Sic. XI. 62 et alibi servatum) in Cimonis duplicem victoriam ad Mycalen:

Ἐξ οὗ τ' Εὐρώπην Ἀσίας δίχα πόντος ἔκρινε
καὶ πόλιας θνητῶν θοῦρος Ἄρης ἐφέπει
ο ὐ δ έ ν π ω κ ά λ λ ι ο ν ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν
ἔργον ἐν ἠπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ὁμοῦ.

His igitur adiutus aliquis plura exsculpat. vs. 6. pro *ἐλάττω* Cod. vitiose ΕΛΑΑΤΤ(*ω*) et vs. 7. pro *γεγενημένων* habet ΓΕΓΕΝΝΗ(*μ ε ν ω ν*). vs. 7. ΠΑΛΙ exhibet pro *πάλιν*. vs. 10. ΟΥΓΑΙΕΤΟΙΣ pro *οὐ γὰρ ἐν τοῖς*. vs. 11. ΤΩΝΕΙΝΑΙΠΕΠΡΑΓΜΕΝΩΝ: recte BAB. emendavit *ἐ κ ε ῖ πεπραγμένων*. vs. 12. ΕΠΑΙΝΕΙΝΗΝΜΕΝΠΟΛΙΝ pro *ἐπαινεῖν τὴν μὲν πόλιν*. vs. 13. ΚΑΛΛΙΩ: sic semel scribit: alias de more ΚΑΛΛΕΙΟΝ, ΚΑΛΛΕΙΟΝΩΝ, ΗΔΕΙΟΝ cet. vs. 14. ΑΝΔΡΕΙΑΣ: constanter emendate scribit, non *ἀνδρίας*. vs. 16. ΔΙΑΑΜΦΟΤΕΡΑ pervulgato errore pro *δι' ἀμφότερα*. vs. 17. ΤΗΙΠΟΛΙΕΓΕΝΕΤΟ pro *τῇ πόλει*. vs. 18. ΠΟΛΕΙΤΑΙΣ. vs. 20. ΤΩΜΑΚΡΟΛΟΓΕΙΝ pro *τῶι*. vs. 22. ΟΥΚΩΚΝΗΣΩ pro *οὐκ ὀκνήσω*. vs. 23. ΠΑΣΑΝΠΑΣΑΝ pro *πᾶσαν*. vs. 24. (*τ*)ΡΕΠΟΝ pro *τρόπον*. vs. 27. (*τ ο υ σ*)ΜΕΝΚΑΚΟΥΚΟΛΑΖΟ(*υ σ α*) pro *κακούς*. vs. 28. ΔΙΚΑΙΟΣ pro *δικαίους*. vs. 33. ΠΡΩΤΟΝ pro *πρώτου*. vs. 35. ΤΟΜΕΝΑΛΛΟΥΣ pro *τὸν μὲν γὰρ ἄλλους*. deinde ΤΙΝΟΥΣ dedit sed statim ΤΙΝΑΣ correxit. vs. 36. Σ.ΝΣΥΝΕΛΗΛΥΘΟΤΕΣ pro *συνεληλυθότες*. vs. 37. ΤΟΥΤΩΝΜΕΝ pro *τοῦτον μέν*. deinde ΑΝΤΡΑ statim correxit ΑΝΔΡΑ. vs. 38. ΤΟΥΛΟΓΟΥΠΟΙΟΥΜΕΝΟΝ pro *τοὺς λόγους ποιούμενος*. vs. 42. ΕΠΕΔ(*ε υ θ η σ α ν*). BAB. optime *ἐπαιδεύθησαν* explevit. vs. 44. ΙΝΑΑΝΔΡΕΣ pro *ἵν' ἄνδρες*. vs. 45 ΓΕΓΕΝΝΗΜ(*ε ν ο υ σ*) pro *γεγενημένους*, sed vs. 49. ΓΕΓΕΝΗΤΑΙ pro *γεγένηνται* et ΤΗΙΠΑΤΡΙΤΙ pro *τῇ πατρίδι*. vs. 52. ΔΩΡΟΔΟΝΟΥΝΤΩΝ pro *δωροδοκούντων*. vs. 54. ΤΗΝ-

ΔΟΛΛΑ(δα) pro τὴν δ' Ἑλλάδα. vs. 55. (επεδ)ΩΚΕΝΜΕΝΕΝΑΥΤΟΝ pro ἐπέδωκεν ἑαυτὸν μέν. vs. 57. ΔΥΝΑΜΙΝΣΤΗΣΑΜΕΝΟΣ pro δύναμιν συςησάμενος, mox ΠΟΛΙΤΙΚΗΣ dederat sed statim ΠΟΛΕΙΤΙΚΗΣ correxit. vs. 59. ΕΥΒΟΕΑΣ pro Εὐβοᾶς. vs. 60. ΜΑΧΟΜΕΝΟΥΣ pro μαχόμενος. vs. 61. ΚΑΤΑΛΑΛΑΒΩΝ pro καταλαβών. vs. 64. ΝΙΚΗΣΑΣ constanter sic scribit: nusquam ΝΕΙΚΗ aut ΝΕΙΚΑΝ. vs. 70. ΟΥΓΗΝ pro οὐκ ἦν. vs. 75. ΘΕΙΣΙΝ pro τεθεῖσιν. vs. 76. ΥΠΟΛΑΒΗ pro ὑπολάβηι. mox ΠΟΛΙΤΩΝ non ΠΟΛΕΙΤΩΝ. vs. 77. ΛΕΩΣΘΕΝΗΜΕΝ pro Λεωσθένη μόνον. vs. 84. ΤΑΣΕΝΑΥΤΩΝ pro τὰς ἑαυτῶν. v. 86. ΥΠΕΡΑΥΤΩ(ν) pro ὑπὲρ αὐτῆς. v. 91. ΑΚΡΟΠΟΛΙΝΕΞΑΥΤΗΣ pro ἀκρόπολιν αὐτῆς. vs. 92. ΤΑΤΕΣΩΜΑΤΑ pro τὰ δὲ σώματα. vs. 95. ΠΑΡΕΙΧΕΤΟΛΜΑ pro παρεῖχε τόλμαν. vs. 97. ΣΥΝΒΕΒΗΚΕΙΗΣ pro συμβέβηκεν ἧς. vs. 101. ΓΕΝΗΣΟΝΤΑΙΚΑΙΤΗΣΤΟΥ sed καιτηστου punctis notata sunt ut inducenda. Librarii oculus aberraverat ad vs. 102. ἀθροισθήσονται καὶ τῆς τούτων ἀρετῆς. vs. 103. (ο)ΥΔΕΝΟΣ pro οὐδένες. vs. 104. ΚΑΛΛΕΙΟΝΩΝ. vs. 107. ΚΡΕΙΝΟΝΤΕΣ. vs. 108. ΕΥΤΟΞΙΑΝ statim correctum ΕΥΔΟΞΙΑΝ et mox ΙΔΙΟΝ correctum ΑΙΔΙΟΝ vs. 110. ΝΟΜΙΖΟΙΜΕΝ pro νομίζομεν, et ΑΓΩΝΙΑΣΑΜΕΝΩΝ pro ἀγωνισαμένων. vs. 112. ΤΩΙΤΟΥΤΩΙΤΡΟΠΩΙ pro τῷ τούτου τρόπῳ. vs. 113. ΣΥΝΕΛΟΝΤΑΙ pro συνελόντι. vs. 114. ΔΥΝΑΜΕΙΝ pro δύναμιν. vs. 115. ΜΕΤΕΓΥΝΑΚΩΝ pro μήτε γυναικῶν. mox ΥΒΡΙΣ pro ὕβρεις. vs 116. ΕΞΥΩΝ pro ἐξ ὧν, et ΑΝΑΓΚΑΖΟΜΕΣΘΑ pro ἀναγκαζόμεθα, et ΓΕ(ινομ)ΕΝΑΣ pro γιγνομένας. vs. 119. ΚΑΙ(τ)ΟΥΣΤΩΝΟΙΚΗΤΑΣ pro καὶ τοὺς τούτων οἰκέτας. vs. 121. ΤΑΠΡΟΣΘΕΟΥΣ. supra ΠΡΟΣ est signum omissionis. Supplevi πρὸς τοὺς θεούς, quia sequitur τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. vs. 121. ΑΝΗΡΗΤΑΙ pro ἀνῄρηται. vs. 123. ΟΣΩΔΕΙΝΟΤΕΡΑ pro ὅσωι, et ΠΡΟΔΟΚΩΜΕΝΑΝ pro προσδοκῶμεν' ἄν. vs. 124. ΚΡΙΝΟΙΜΕΝ pro κρίνομεν, et ΤΟΣΟΥΤΩ pro τοσούτωι. vs. 125. ΟΔΕΜΙΑ pro οὐδεμία. vs. 125. ΤΗΝΣΤΡΑΤΕΥΟΜΕΝΩΝ pro τὴν τῶν ςρατευομένων. vs. 126. ΓΕΓΕΝΗΜΕΝΗΣ recte scriptum est, quamquam BAB. ex Cod. afferat ΓΕΓΕΝΝΗΜΕΝΗΣ, mox vitiose ΕΝΗΙΤΕ pro ἐν ᾗ γε. vs. 127. ΑΝΑΓΚΑΙΟΝΗ pro ἀναγκαῖον ἦν. vs. 129. ΠΑΡΕΠΑΡΛΗΛΥΘΟΤΙ pro παρεληλυθότι. vs. 131. ΥΠΕΡΜΕΜΝΗΚΕΝΑΙ pro ὑπομεμενηκέναι. vs. 132. (κρ)ΑΤΕΡΙΑΣ pro καρτερίας. vs. 133. ΤΟΥΠΟΛΕΙΤΑΣ pro τοὺς πολίτας. vs. 134.

ΤΩΙΤΟΙΟΥΤΩ pro τῷ τοιούτῳ. vs. 135. ΑΡΟΥΟΥΔΙΑ pro ἄρ' οὐ διά. vs. 139. ΑΝΕΥΤΗΣΑΥΤΟΝ pro ἄνευ τῆς αὐτοῦ. vs. 140. ΟΓΑΡΑΝΔΡΟΣ pro οὐ γὰρ ἀνδρός. Percommode Babington attulit e Stobaei Floril. LXXIV. 35. Ὑπερείδου· Φοβητέον οὐκ ἀνδρὸς ἀπειλὴν ἀλλὰ νόμου φωνήν. Stobaeus Hyperidis orationem ipsam non legit, sed locum ab alio excerptum alicubi reperit, et sic potuit ea verba ad γαμικὰ παραγγέλματα referre. Putavit, credo, ἀνδρὸς ἀπειλήν esse mariti minas. vs. 143. ΤΟΥΠΟΛΕΙΤΑΣ pro τοὺς πολίτας. vs. 146. ΤΟΥΕΙΣΤΟΝΑΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝΦΟΒΟΥΣ pro τοὺς εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον φόβους. vs. 148. ΔΙΑΤΟΥΤΟΥΤΟΥΣ pro διά τοι τούτους. vs. 149. ΠΕΡΙΒΛΕΠΟΙ pro περίβλεπτοι. vs. 149. ΓΕΓΟΝΑΣΙΑΔΕΛΦΩΝ pro γεγόνασιν ἀδελφῶν. vs. 151. Ε(φο)ΤΙΟΝ statim correctum Ε(φο)ΔΙΟΝ. vs. 152. ΑΠΩΛΩΛΟΤΩ(ν) pro ἀπολωλότων. vs 153. ΤΟΒΙΟΝ pro τὸν βίον. vs. 154 ΙΣΑΙΩ..ΩΝΤΑΞΙΝ pro εἰς ἀμείνω τάξιν. vs. 158. ΚΑΛΛΕΙΩ. vs. 160. ΤΟΤΕΜΕΝΠΟΛΛΩΝΧΡΟΝΩΙ pro τότε μὲν ἐν πολλῷ χρόνῳ. vs. 161. ΤΗΝΑΡΕΤΗΝΑΠΕΔΕΙΞΑΝ pro τὴν ἀρετὴν ἀπεδείξαντο. vs. 162. ΜΝΗΜΟΝΟΝΕΥΓΟΥΣ pro μνημονευτούς et ΔΙΑΑΝΔΡΑΓΑΘΙΣΑΝ pro δι' ἀνδραγαθίαν. vs. 163 ΤΙΣΚΑΡΟΣ pro τίς γὰρ καιρός. vs. 164. ΕΝΤΕΙΜΟΤΑΤΩΝ. vs 169. ΠΑΡΑΠΟΙΑ pro παρὰ ποίᾳ vs. 175. ΗΔΕΙ(ον) pro ἥδιον. vs. 177. ΓΕΙΝΕΤΑΙ pro γίγνεται. vs. 178. ΑΚΟΥΣΟΝΤΩΝ pro ἀκουόντων. vs. 179. ΕΓΚΩΜΙΑΣΟΝΤΟΣ pro ἐγκωμιάζοντος. vs. 179. ΠΑΡΗΜΕΙΝΚΑΙΤΟΙΣΛΟΓΟΙΣ pro παρ' ἡμῖν καὶ τοῖς λοιποῖς. vs. 181. ΦΕΝΕΡΟΝ pro φανερόν. vs. 182. ΟΥΚΑΝΩΟΜΕΘΑ pro οὐκ ἂν οἰόμεθα. vs. 113. ΤΩΝΔΕΗΓΟΡΜΕΝΩΝΚΑΛΟΥΜΕΝΟΥΣ pro τῶν ἡμιθέων καλουμένων. vs. 184. ΤΟΥΣΕΠΙΣΡΑΤΕΙΑΝΣΤΡΑΣΑΝΤ(α)Σ pro τοὺς ἐπὶ Τροίαν ϛρατεύσαντας. vs. 185. ΔΙΗΝΕΓΚΕΩΣΤΕ pro διήνεγκεν ὥϛε. vs. 191. ΓΕΓΕΝΝΗΜΕΝΟΝ correctum ΓΕΓΕΝΝΗΜΕΝΩΝ pro γεγενημένων. vs. 194. ΕΝΤΕΙΜΟΝ. vs. 194. ΕΝΔΟΞΟΝΤΟΝΑΥΤΩΝΒΙΟΝ pro ἔνδοξον δὲ τὸν αὐτῶν βίον. vs. 196. ΤΗΤΩΝΒΑΡΒΑΡΩΝ pro τὴν τῶν βαρβάρων. vs. 198. ΕΝΤΗΟΙΚΙΑΙ pro ἐν τῇ οἰκείᾳ. tum ΤΟΥΣΕΧΘΟΥΣ pro τοὺς ἐχθρούς. vs. 200. ΚΑΙΤΗΝΠΡΟΣΑΛΛΗΛΟΥΣ pro καὶ τοὺς τὴν πρὸς ἀλλήλους. vs. 201. ΟΥΘΕΝΟΥΣ pro οὐδένας. vs. 202. ΟΙΚΕΙΟΤΕΡΟΥΣΥΜΕΙΝ pro οἰκειοτέρους ἢ ὑμῖν. vs. 203. ΛΕΩΣΘΕΝΚΑΙ pro Λεωσθένη

καί. vs. 204. ΕΝΑΓΟΥ pro *ἐν ᾄδου.* vs. 206. ΚΑΙΜΕΙΖΩΝ pro *καὶ μείζω.* vs. 209. ΠΡΟΣΕΙΛΟΝΤΟ pro *προείλοντο.*

Vides quantum fidei habendum sit libro vetustissimo sedecim abhinc saeculis exarato, et quam sapiant illi qui antiquarum membranarum singulos apices venerabundi exosculentur. Nullum est socordiae et incuriae genus, cuius non sint in tali Codice insignia exempla. Verba sunt omnibus modis corrupta, alia negligenter omissa sunt, alia stulte addita. Itaque subinde sensu vacua sententia est aut hiulca aut absurda. Solebant olim plerique libri mendis cooperti circumferri. Notae sunt Veterum de ea re querelae. Addam iis Longini locum eximium ex Epistola ad Porphyrium, quae legitur in Longini Editione Weiskiana p. 186. *κέκτημαι μὲν ὅσα δοκεῖν πάντα τὰ Πλωτίνου*, inquit, *κέκτημαι δὲ ἡμιτελῶς. οὐ γὰρ μετρίως ἦν διημαρτημένα. Καίτοι τὸν ἑταῖρον Ἀμέλιον ᾤμην ἀναλήψεσθαι τὰ τῶν γραφέων πταίσματα. τῷ δ' ἦν* (*ἄρα* adde) *ἄλλα προυργιαίτερα τῆς τοιαύτης προσεδρείας.* Noli putare illa levia scripturae vitia fuisse: sic enim pergit: *οὔκουν ἔχω τίνα χρὴ τρόπον αὐτοῖς ὁμιλῆσαι, καίπερ ὑπερεπιθυμῶν τά τε περὶ ψυχῆς καὶ τὰ περὶ τοῦ ὄντος ἐπισκέψασθαι. ταῦτα γὰρ οὖν καὶ μάλιστα διημάρτηται.* Nulla erat emendandi spes nisi ex integrioribus libris: *καὶ πάνυ βουλοίμην ἄν*, inquit, *ἐλθεῖν μοι παρὰ σοῦ τὰ μετ' ἀκριβείας γεγραμμένα τοῦ παραναγνῶναι μόνον εἶτα ἀποπέμψαι πάλιν.* Negligebant hoc facere Sosiae et Romae et Alexandriae, unde factum est ut libri mendosi admodum vaenirent. Disertum est Strabonis testimonium, quod ad Hyperidis orationem *ὑπὲρ Εὐξενίππου* apposuimus lib. XIII. p. 609. Casaub. *τὴν Ἀπελλικῶντος βιβλιοθήκην διεχειρίσαντο βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.* Quam depravata fuerint olim scripta Veterum optime ex Criticorum et Grammaticorum libris cognosci potest. In Dinarchi exemplo, quo Harpocration usus est v. *Ἀπρότων.* legebatur: *ἐμπεπηδηκότων τῶν ῥητόρων ὥσπερ ἀπρότων εἰς τὸ ἐμπόριον. Ἀπρότων* nihili vocabulum est dormitantis librarii errore natum pro *παρνόπων*, quod *locustarum* genus est satis notum. Malesana Graeculorum eruditio in *ἀπρότων* apparet. Alii *εἶδος κογχυλίου*

comminiscuntur fuisse, alii *ἀκρίδων*, alii *μελισσῶν*. Harpocration infelix coniector: *μήποτε γραφικὸν ἁμάρτημα*, inquit, *καὶ δεῖ γράφειν ὥσπερ ληςῶν*. Hoc vero est emendare! Eiusdemmodi exemplum est in v. *κλιμάζῃ*, ubi Harpocration in suo Dinarchi exemplo legit: *ὅταν οὖν ἀπολογούμενος κλιμάζῃ καὶ παράγῃ τοὺς νόμους*, ubi quum *βλιμάζῃ* *corrigeret* nihil aliud ostendit nisi se quid esset *βλιμάζειν* plane nescire. Vera lectio est *κλιμακίζῃ*. Itaque libri veteres aut inemendati circumferebantur, aut (quod etiam peius est) ab imperitis correctoribus interpolabantur. In Codice Frederico-Augustano ad finem libri Esdrae subscriptio haec legitur pag. 13: *Ἀντεβλήθη πρὸς παλαιώτατον λίαν ἀντίγραφον δεδιορθωμένον χειρὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Παμφίλου, ὅπερ ἀντίγραφον πρὸς τῷ τέλει ὑποσημείωσίς τις ἰδιόχειρος αὐτοῦ ὑπέκειτο ἔχουσα οὕτως·*

Μετελήμφθη καὶ διορθώθη πρὸς τὰ Ἑξαπλᾶ Ὠριγένους. Ἀντωνῖνος ἀντέβαλεν. Πάμφιλος διόρθωσα. In eodem Codice ad librum Esther. subscriptum est pag. 19: *Ἀντεβλήθη πρὸς παλαιώτατον λίαν ἀντίγραφον δεδιορθωμένον χειρὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Παμφίλου. πρὸς δὲ τῷ τέλει τοῦ αὐτοῦ παλαιωτάτου βιβλίου, ὅπερ ἀρχὴν μὲν εἶχεν ἀπὸ τῶν Βασιλείων εἰς δὲ τὴν Ἐσθὴρ ἔληγεν, τοιαύτη τις ἐν πλάτει ἰδιόχειρος ὑποσημείωσις τοῦ αὐτοῦ μάρτυρος ὑπέκειτο ἔχουσα οὕτως·*

Μετελήμφθη καὶ διορθώθη πρὸς τὰ Ἑξαπλᾶ Ὠριγένους ὑπ' αὐτοῦ διορθωμένα. Ἀντωνῖνος ὁμολογητὴς ἀντέβαλεν. Πάμφιλος διόρθωσα τὸ τεῦχος ἐν τῇ φυλακῇ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ πολλὴν καὶ χάριν καὶ πλατυσμόν· καὶ εἴ γε μὴ βαρὺ εἰπεῖν τούτῳ τῷ ἀντιγράφῳ παραπλήσιον εὑρεῖν ἀντίγραφον οὐ ῥᾴδιον. Scripta haec sunt in Codice litteris quadratis ΜΕΤΕΛΗΜΦΘΗΚΑΙΔΙΟΡΘΩΘΗ cet., sed descripsi ad nostram consuetudinem. Viden cuiusmodi hi sint correctores. In ipso *corrigendi* verbo *semper* peccant, *διόρθωσα* scribentes pro *διώρθωσα* et *διορθώθη* pro *διωρθώθη*: in perfecto alter *διορθωμένα* dedit, alter *δεδιορθωμένα*, ambo vitiose pro *διωρθωμένα*. Librum *vetustissimum* appellant *παλαιώτατον λίαν βιβλίον*, vitiose pro *παλαιότατον*, et *λίαν* pro *πάνυ* male ponitur. Saepissime demonstravi in libris istiusmodi antiquam dicendi consuetudinem et veteres verborum formas omnibus modis obscurari et obliterari solere, scribis et sciolis prisca et obsoleta omnia ad suae aetatis morem revocantibus. Harpo-

cration v. ὑποκυδεῖς e Dinarcho attulit: ὑποκυδεῖς γάρ εἰσιν οἱ τόποι i. e. δίυγροι: sed iam tum ἐν ἐνίοις τῶν ἀντιγράφων vetus et proba lectio in ὑπόκοιλοι erat depravata. Quam saepe Harpocration antiquas scripturas Demosthenis et aliorum servavit solus, quae ex libris nostris sine vestigio interierunt. Iuvat huiusmodi erroris duo exempla quia admodum lepida sunt, apponere ex Aeliani Epistolis Rusticis sumta, quas in nuperrima Hercheri Editione his diebus relegi. In Epist. I. legitur: ἐγὼ δὲ παλαιὸν δή τι ἐπιτεθυμημένος αὐτῆς διενόουν τι δρᾶσαι θερμόν. Nemini licet ridere Dalidis χαίρομαι qui putet ἐπιθυμοῦμαί τινος pro ἐπιθυμῶ Graecum esse. Aelianus, alter Lexiphanes, solet ὑπεράττικα quaedam perinepte Aristophani sublegere. Scripserat ἐπιτεθυμμένος αὐτῆς et sibi mirifice videbatur esse locutus. Ἐπιτύφεσθαί τινος, *ardere aliquam*, legerat in Lysistrata vs. 221.

ὅπως ἂν ἀνὴρ ἐπιτυφῇ μάλιστά μου.

et ἐπιτεθυμμένος pro ἐκκεκαυμένος Veteres dixerunt, vid. Hesych. v. Ἐπιτεθυμμένων. Calamitosum in libris verbum est τύφω, θύψω, ἔθυψα, τέθυμμαι cum compositis ἀποτέθυμμαι, ἐξετύφην, ὑπεκτύφω. Ubicumque occurrit aliquam labem concipere solet: — τέθυμμαι depravatur in — τέθυμαι et — τέθρυμμαι et — τεθύμημαι. Vid. Hemsterhusium ad Hesych. v. Ἀποτεθυμένοι (ἀποτεθυμμένοι). Apud Hesychium vitiose Ἐκτεθυμένα scribitur et Ἐκτεθύμεθα et Τεθυμένον. Vitiose Ἐκςύψῃς: ἐκκαύσῃς, pro ἐκθύψῃς: vitiose Ἐξήθυψεν: ἐξέκαυσεν pro ἐξέθυψεν: vitiose Ὑπεξέθαυτο: ὑπεκέκαυτο pro ὑπεξετέθυπτο, nam noli viro summo credere ὑπεξέθυπτο aut ὑπέκαυτο non esse barbara. Apud Demosthen. p. 977, 5. ἂν τύφῃ τις in optimo Cod. S. depravatum est in ὑφῆι, in aliis in ὑφάψῃ. Non dubitabimus igitur Aeliano reddere suum ἐπιτεθυμμένος αὐτῆς, et accedo ad secundum exemplum eiusdemmodi fraudis. In Epistola VII. rusticus scribit ad scortum urbanum, cui nomen Ὀπώρα: τῆς Ὀπώρας οὖν καταγελάσας τί ἀδικῶ; ἐπεὶ τά τε ἄλλα καὶ ἐφολκὸν εἰς ἔρωτα τὸ ὄνομα καὶ ταῦτα ἀνδρὶ (ἐν) γεωργίᾳ ζῶντι. Nihil minus cupiebat amator rusticus quam τῆς Ὀπώρας καταγελάσαι. Quid igitur? Ipse colliges ex Aristophanis versiculo, qui nostro Lexiphani obversabatur, Pac. vs. 710:

ἄρ' ἂν βλαβῆναι διὰ χρόνου τί σοι δοκῶ,
ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, τῆς Ὀπώρας κατελάσας;

In Epistolae initio bis scribe *λέγει diceris* pro *λέγεις* in his verbis: *οὐχ ὅτι καλὴ λέγει εἶναι οὐδ' ὅτι πολλοὺς ἐραστὰς λέγει ἔχειν διὰ τοῦτο ἐπαινῶ σε.* Si Aelianus Graecus, non Praenestinus, fuisset, more Graecorum dixisset: *ὅτι σε καλὴν εἶναι λόγος καὶ πολλοὺς ἐραστὰς ἔχειν*, nunc quae Latine cogitata sunt verbis Graecis vestivit. Forma *λέγει* pro *λέγῃ* non facile elabitur. Nullum credo exstare Codicem Ms. in quo *ubique* servata sit forma, qua Veteres semper et ubique usos esse nunc quidem satis constat. Quid igitur faciemus? Retinebimusne formam sequiorem ubi libri non addicunt? Perinde stultum id est atque illi homini sine teste credere quem saepissime vanum et mendacem esse deprehenderis. Quanto sapientius est ex certa Graecitatis cognitione librarii alias res agentis errores corrigere quam quae satis explorata compertaque sint propter istorum Punicam fidem labefactare et convellere. Ἀκούω habere *ἀκούσομαι* constat inter omnes, ut *γελῶ γελάσομαι.* Non minus haec certa sunt quam *ἔδομαι* et *πίομαι* et *λήψομαι* et sim. *sola* in usu esse. Sequioribus placuit *ἀκούσω* dicere et *γελάσω*: faex Graecitatis etiam *λήψω* non fastidivit. Et isti quidem fruantur quod ament: at si quando ex eorum perversa *συνηθείᾳ* quidquam horum in Veterum scripta irrepserit manifestam fraudem sedulo castigabimus. In his omnibus accuratissime scire oportet quid usus dicendi ferat, quid non ferat. *Γελάσομαι* et *ἀκούσομαι sola* in usu sunt, ut *βοήσομαι* et *ᾄσομαι* et *βαδιοῦμαι* et *γνώσομαι, δήξομαι, φεύξομαι, πλεύσομαι, τρώξομαι, σκώψομαι, ῥοφήσομαι*, aliaque complura. Alia autem sunt, quorum utraque forma usu trita est, veluti *ἐπαινέσω* et *ἐπαινέσομαι, ἐγκωμιάσω* et *ἐγκωμιάσομαι, ἀπολαύσω* et *ἀπολαύσομαι, διώξω* et *διώξομαι.* Itaque in Hyperide vs. 168. *ἐν τῇ τούτων ἀρετῇ βεβαίως αὐτῶν ἀπολαύσομεν*, forma futuri nihil reprehensionis habet; neque vs. 188. reposui praesens in verbis: *τίς ἂν λόγος ὠφελήσειεν μᾶλλον τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχὰς τοῦ τὴν ἀρετὴν ἐγκωμιάζοντος καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας*; quoniam mihi forma *ἐγκωμιάσων* non satis proba videretur, sed quia ipsa sententia clamat praesentis temporis participium requiri. ΑΚΟΥΣΟΝΤΩΝ autem apud Hyperidem qui-

dem monstrum et portentum verbi est, quod diu post Alexandriae natum est et cum aliis permultis eiusdem farinae in sequiorum linguam se insinuavit. Sunt etiam in dialecto Attica paucissima quaedam verba, quorum utraque forma activa et media *eodem sensu* perinde usitata sunt, cuius rei unum exemplum afferam ad emendandum eximium locum Platonis in libro de Republ. I. p. 336. B. *συςρέψας ἑαυτὸν ὥσπερ θηρίον ἧκεν ἐφ' ἡμᾶς ὡς διαρπασόμενος.* Non satis commode verbo *diripiendi* utitur de bellua irruente: requiro verbum *dilacerandi*, *dilaniandi*, *discerpendi*, et repono *διασπασόμενος*. Perinde enim *διασπᾶν* et *διασπᾶσθαι* in usu est. Sed haec obiter. Quod autem in eodem loco Hyperidis retinui *ὠφελήσειεν μᾶλλον* nunc factum nollem et *ὠφελήσειε μᾶλλον* verum esse intelligo. Scribarum arbitratu haec omnia constituta sunt, qui saepe N necessarium ante vocalem omittunt, saepe perperam inserunt, veluti vs. 71. *ἔπραξεν Λεωσθένης* et 75. *τεθεῖσιν θεμελίοις* et 142. *κολακεύουσιν τοὺς* et *διαβάλλουσιν τούς* et 174. *ὑμνήσουσιν τάς*. et alibi. Recte legitur vs. 36. *οἰκοῦσι γένος* et 60. *ἐνίκησε μαχόμενος* et 155. *γέγονε πῶς* et 160. *γεγόνασι καί.* In omnibus libris cuiuslibet aetatis haec fluctuant: imprimis operae pretium est haec animadvertere in mendis inveteratis, quae antiquissimae scripturae manifesta servant indicia, ut in Simonidis epigrammate apud Diod. Sic. XI. 62. ubi libri exhibent *μέγα δεσγενέασισ ὑπ' αὐτῶ πληγεὶσ*, quod natum ex ΜΕΓΑΔΕCΤΕΝΕ̄ΑΣΙΣΤΠΑΤΤΩ̄ΠΛΗΓΕΙΣ. id est:

μέγα δ' ἔςενεν Ἀσὶς ὑπ' αὐτῶν
πληγεῖσ' ἀμφοτέραις χερσὶ κράτει πολέμου.

Qui viderit in vetustissimo Codice papyraceo *πρό* et *πρός* tam oscitanter confundi ut scriptum sit ΠΡΟΔΟΚΩΜΕΝΑ pro *προσδοκώμενα* et contra *προαιρέσεως ἧς* ΠΡΟΣΕΙΛΟΝΤΟ pro *προείλοντο*, qui viderit *ὑπό* et *ὑπέρ* tam negligenter inter se permutari ut legatur *ἐνδείας ἐγκρατῶς* ΤΠΕΡΜΕΜΝΗΚΕΝΑΙ pro *ὑπομεμενηκέναι*, poteritne is inducere in animum multum referre utrum in Codicibus longe longeque sequioribus *πρό* an *πρός*, *ὑπέρ* an *ὑπό* sit scriptum? Quod apud Demosthenem legitur in Orat. 27. § 25. *ἐράνους τε λέλοιπε πολλοὺς καὶ ὑπέρχρεως γέγονε*, quamquam *ὑπέρχρεως* a Veteribus Grammaticis Hesychio, Polluce, Photio illic lectum est, tamen non

certiorem fidem habere videtur quam *ὑπερμεμνηκέναι* et reponendum id quod et alibi saepe occurrit et apud Aristophanem in Nub. 242:

πόθεν δ' ὑπόχρεως σαυτὸν ἔλαθες γενόμενος;

Si huius confusionis memores fuissent Lysiae Editores in Orat. XIX. 4. non servassent lectionem absurdam: *πολλοὶ ἤδη πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες παραχρῆμα ἐξηλέγχθησαν ψευδόμενοι οὕτω φανερῶς ὥσθ' ὑπὲρ πάντων τῶν πεπραγμένων μισηθέντες ἀπελθεῖν.* Vera lectio est: *ὑπὸ πάντων τῶν παραγενομένων μισηθέντες ἀπελθεῖν*, cuius fundamentum est Dobraei correctio: *ὑφ' ἁπάντων τῶν παραγεγενημένων*, quae sententiam Lysiae, non ipsa verba restituit.

Multo etiam frequentius *πρό* et *πρός* ubique temere permiscentur, et mireris quo pacto tralaticium istud vitium Criticorum aciem tam saepe potuerit effugere. Apponam tria exempla ex Aeschine. In Ctesiphontea § 186. non dixerat: *προσέλθετε δὴ τῇ διανοίᾳ καὶ εἰς τὴν ϛοὰν τὴν ποικίλην*, sed *προέλθετε.* Ibid. § 53. *παλαιὰ καὶ λίαν προωμολογημένα* aliquanto melius *προσωμολογημένα* scribetur. In oratione de F. L. § 87: *κατ' ἀνδρὸς πολίτου οὐχ ἑαυτοῦ ἀλλ' ὑμετέρου. τοῦτο γὰρ προσδιορθοῦμαι*, vel soli rhetores, qui de Figuris scriptitarunt, ubi docent quae sit Prodiorthosis, satis demonstrant *προδιορθοῦμαι* probum ac genuinum esse.

Qui Codicum auctoritati nimium tribuunt imprimis in Demosthenis celeberrimo Codice Parisino S extollendo modum excedunt. Sunt adeo qui »*additamentis prorsus liberum*" asseverent esse, quorum errorem paucis redarguere quid vetat? Non sunt haec ab Hyperide aliena et res est gravissimi momenti. Percurram primam Olynthiacam. In ipso limine offendo. Scriba ut Phidippides in Nubibus vs. 1402.

οὐδ' ἂν τρί' εἰπεῖν ῥήμαθ' οἷός τ' ἦν πρὶν ἐξαμαρτεῖν.

Incipit sic: *'Αντὶ πολλῶν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω.* Male omisit *ἄν* et sententiam loci corrupit. Verum est *ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄνδρες.* Sed leve hoc esse dices et pervulgatum vitium. Non est hercle leve vitium in vicinia commissum, namque nemo adhuc locum aut intelligere potuit aut emendare. Legitur pag. 9, 6. *ὡς ἔϛι μάλιϛα τοῦτο δέος μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι — τρέ-*

ψηται καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων. Verissime Dindorfius: »τρέψηται *vel quod nunc ex Wolfii coniectura legitur* τρέψῃ τε *ab nemine ita explicitum est ut et sententiae et usui loquendi satisfieret.*" Itaque vehementer metuendum est ne hoc numquam fiat. Locus alit vitium. Doctorum hominum suspiciones non sunt huiusmodi ut repertae veritatis vi animum feriant. Wolfii τρέψῃ τε nihili est, neque Reiskii δρέψηται, neque Dobraei ἀνατρέψῃ τε. Non melius haec refutare potero quam proferenda vera lectione. Circumspiciendum est verbum quod cum πανοῦργος καὶ δεινὸς πράγμασι χρῆσθαι et cum παρασπᾶσθαί τι τῶν ὅλων πραγμάτων aptissime componi possit. Hoc tu optime ipse elicies ex nobili Demosthenis loco in Orat. περὶ τοῦ ϛεφάνου §. 236. τὸ μὲν τοίνυν ἐν τῇ πρεσβείᾳ πρῶτον κλέμμα μὲν Φιλίππου, δωροδόκημα δὲ τῶν ἀδίκων τούτων ἀνθρώπων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν τοιοῦτον ἐγένετο. Nempe legendum est: μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι — κλέψῃ τε καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων. Alexandri erat dicere: οὐ κλέπτω τὴν νίκην, Philippo contra nihil erat iucundius. Sed de additamentis me dicturum esse dixeram. Duo igitur insignita in prima Olynthiaca indicabo. Alterum pag. 13, 7. τί οὖν [τις ἂν εἴποι] ταῦτα λέγεις ἡμῖν νῦν; alterum pag. 14, 23. τί οὖν; [ἄν τις εἴποι] σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι ϛρατιωτικά; sed reclamantes mihi multos audire videor: »Quid? tune haec expungenda censes? Ego vero firmiter retinenda esse contendo. Omnes passim ita loqui solent. Quae, malum, haec est expungendi et delendi temeritas!" Quibus respondeo τις ἂν εἴποι et ἄν τις εἴποι non esse Graeca, nisi apud sequiores et semibarbaros Graeculos. Graecos in tali re εἴποι τις ἂν dicere, et neque τις neque ἂν in enunciationis *initio* poni ullo modo posse, non magis quam γάρ, οὖν, τοι, δή, μέν, δέ et sim. Sciolus igitur tamquam sorex suo se indicio prodidit. Demosthenes concitate dixerat: τί οὖν ταῦτα λέγεις ἡμῖν νῦν; et τί οὖν; σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι ϛρατιωτικά; quemadmodum pag. 16, 23. ἀλλ', ὅταν, οὐχὶ βουλήσεται, et passim alibi, quae omnia ex interpellantis alicuius persona dici vocis sono melius ab Oratore significatur quam interiecto φαίη τις ἄν, εἴποι τις ἄν, εἴ τις ἔροιτό με, et similibus, quae certe Graeca sunt, sed τις ἂν εἴποι et ἄν τις εἴποι ne sunt quidem Graeca. Inspiciat nunc

mihi aliquis locum Demosthenis pag. 1097, 9: διὰ τί ποτε Λεώςρατος οὑτοσὶ οὐχ αὑτὸν ἀλλὰ τοῦτον ἐπεγράψατο τῇ διαμαρτυρίᾳ; Ὅτι νὴ Δί' [ἂν εἴποι] τοῦτον εἰσπεποίηκα υἱὸν τῷ Ἀρχιάδῃ. Reddendum est ἂν εἴποι ludimagistro, qui de suo inseruit. Mire Codex S νηδι' καν εἴποι. Quartum exemplum eiusdem interpolationis est in Prooemiis pag. 1445, 14: Τί οὖν [ἄν τις εἴποι] σὺ παραινεῖς, ἐπειδὴ ταῦτ' ἐπιτιμᾷς; ἐγὼ νὴ Δί' ἐρῶ. Si haec quoque spuria esse perspicis considera locum hunc pag. 52, 28: οὐκ ἐμβησόμεθα; — οὐκ ἐπὶ τὴν ἐκείνου πλευσόμεθα; ποῖ οὖν προσορμιούμεθα; [ἤρετό τις]. quum has verborum faces civibus admoveret Demosthenes non potuit languidum illud et iners ἤρετό τις apponere. Compone cum his locum pag. 371, 2: τί οὖν, ἄνθρωπε, λέγεις; [εἴ τις ἔροιτό με] καὶ πόθεν ἄρχει κατηγορεῖν; Ὅθεν, ὦ ἄνδρες κτἑ. Senties non tantum insulsissime interponi εἴ τις ἔροιτό με, sed ipsam sententiae compositionem istud additamentum respuere. Praeterea repone ὤνθρωπε. Pervelim nunc mihi darí hominem δυσπειθῆ τινα et Codicum auctoritatis strenuum ac pertinacem defensorem, sed eundem emunctae naris et in Graecis legendis diu et multum versatum. Inspiciat is mihi locum pag. 169, 8: τί οὖν [φαίη τις ἂν] ταῦτα νῦν λέγω; In Codice S. legitur: τί οὖν ταῦτα νῦν φαίη τις ἂν λέγω. Hoc certe a mala manu interpolatum esse fateberis, nisi ferreus plane es, vel plumbeus potius. Cur, inquis? Quia sic λέγεις, non λέγω, dictum oportuit. Res est perspicua. Emblema manifestum incerta sede volitat, quia ex ora libri receptum est ab alio in alium locum, quod saepe in emblematis fieri notum est. Quid autem miremur in Codice saeculi X nonnulla esse interpolata, ubi in Hyperidis pervetustum librum vs. 129. πληγὰς λαμβάνειν, quod plane absurdum est, irrepere potuit? Aliud emblema latet in Olynthiaca I. p. 12, 10: ἂν μὲν γὰρ ὅσ' ἄν τις λάβῃ καὶ σώσῃ μεγάλην ἔχει τῇ τύχῃ τὴν χάριν, ἂν δ' ἀναλώσας λάθῃ συνανάλωσε καὶ τὸ μεμνῆσθαι [τὴν χάριν]. Num tu, qui haec legis, tam inconcinne ea formasses et κακόφωνον istud et prorsus inutile τὴν χάριν sic iterasses? Nemo qui aurem habet numerosae Atticorum orationi assuetam τὴν χάριν retinebit. In libris est etiam multo deterior scriptura haec: συνανάλωσε καὶ τὸ μεμνῆσθαι [τῇ τύχῃ τὴν χάριν], quae verba scriba aliud

agens ex praecedenti versu iteravit, ut saepissime isti solent, nonnumquam animadverso errore inducentes id quod praepostere scriptum est (ut apud Hyperidem vs. 100: Θεωροὶ γενήσονται ΚΑΙΤΗΣΤΟΥΤΩΝ ἔργων expunctis deinde ΚΑΙΤΗΣΤΟΥ), nonnunquam etiam verba perverse repetita in textu relinquentes. Μέμνημαι τὴν χάριν certe dici potuit, quamquam μέμνημαι εὖ παθὼν usitatum est, sed μέμνημαι τῇ τύχῃ τὴν χάριν prorsus est nihili. In eadem oratione p. 16, 11. insiticia est vocula οὐ et delenda in verbis: εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε εἰ μηδ' ἃ πάθοιτ' ἂν εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος, ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες [οὐ] τολμήσετε; Dindorfius: »*Oratio ita est conformata quasi non adessent verba* εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε εἰ μηδέ." Talia comminisci coguntur homines docti, apud quos certum constitutumque est vulgatam lectionem quocumque pacto explicari oportere. Scribae οὐ et μή subinde aut inserunt perperam aut omittunt. In re nota satis habeo pauca quaedam exempla adscribere. Apud Lycurgum in Leocratea § 63. legitur: εἰ δ' ὅλως μηδὲν τούτων πεποίηκεν [οὐ] μανία δήπου τοῦτο λέγειν ὡς οὐδὲν ἂν γένηται παρὰ τοῦτον; Sublato triplici mendo legendum: εἰ δ' ὅλως μηδὲν τούτων πεποίηκε, μανία δήπου τὸ λέγειν ὡς οὐδὲν ἂν ἐγένετο παρὰ τοῦτον. Ibid. § 71: ὅπου δὲ καὶ τοῦ λόγου τιμωρίαν ἠξίουν λαμβάνειν, ἦπου τὸν ἔργῳ παραδόντα τὴν πόλιν ὑποχείριον τοῖς πολεμίοις [οὐ] μεγάλαις ἂν ζημίαις ἐκόλασαν; expungenda iterum est negandi particula. In talibus δήπου et ἦπου, quae plenam acerbitatis asseverationem continent, non admittunt negationem. In Isaeo XI. 40. subridebis, credo, ad hanc lectionem: Στρατοκλεῖ γὰρ κἀμοὶ τὰ μὲν ὑπάρξαντα πατρῷα τοσαῦτα ἦν ὥστε εἶναι μὲν [οὐχ] ἱκανά, λειτουργεῖν δὲ μὴ ἄξια, in quam digitum intendisse satis est. Finem faciam in restituendo Demosthenis loco, quem negandi vocula oscitanter omissa prorsus pessumdedit. Legitur pag. 113, 13: (Φίλιππος) Ὀλυνθίοις τετταράκοντ' ἀπέχων τῆς πόλεως στάδια εἶπεν ὅτι δεῖ δυοῖν θάτερον ἢ ἐκείνους ἐν Ὀλύνθῳ μὴ οἰκεῖν ἢ αὐτὸν ἐν Μακεδονίᾳ. Intelligisne emendandum esse: ἢ αὐτὸν μὴ ἐν Μακεδονίᾳ? Ecquem in tali re librorum auctoritas mendis scatentium et saepe in hoc ipso errore deprehensorum permovebit, ut rationi suae iudicioque vim inferat?

Insunt in Hyperidis papyraceo Codice veterrimo etiam alia

complura, quae et aliis scriptoribus antiquis et Demostheni sollerter adhibita ad inveterata quaedam menda deprehendenda et eluenda prodesse possint. De ea copia nactus aliquid otii delibare nonnulla est animus. Vidimus vs. 77. in Codice legi sine sensu: ΛΕΩΣΘΕΝΗΜΕΝΕΠΑΙΝΕΙΝ pro Λεωσθένη *μόνον* ἐπαινεῖν. Saepenumero μέν et μόνον animadverti inter se permutari, ut apud Dionem Chrysostomum Orat. 64. p. 686. Emper. ὦ παῖ Μνησαρχίδου, ποιητὴς *μόνον* ἦσθα, σοφὸς δὲ οὐδαμῶς, ubi recte Valckenaerius ποιητὴς *μὲν* ἦσθα reponi iussit. Ibid. Orat. 32. pag. 420: μὴ οὖν οἴεσθε κοιμωμένων *μόνον* ἐπιμελεῖσθαι τὸν θεόν —, ἐγρηγορότων δὲ ἀμελεῖν, imo vero κοιμωμένων *μέν*. Sed mitto sequiores: apud Aeschinem in Timarchea § 64. dubitabisne admonitus rescribere: καλοὶ *μὲν*, κύριοι δ' οὐκέτι, pro καλοὶ *μόνον*? aut apud Demosthenem pag. 755, 3: ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα *μόνον* τοιοῦτοι γεγόνασιν ἐν οἷς πεπολίτευνται, ἄλλα δ' ἔσθ' ἃ καλῶς διῳκήκασιν, nonne ταῦτα *μέν* sentis requiri? Sic pag. 174, 16: ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα *μόνον* τότ' εἶχε βέλτιον ἢ νῦν, τὰ δ' ἄλλα χεῖρον, verius est ταῦτα *μέν*, et pag. 125, 16: οὐ τοίνυν παρὰ τούτοις *μόνοις* τὸ ἔθος τοῦτο πάντα κακὰ εἰργάσατο, ἄλλοθι δ' οὐδαμοῦ, ubi partem veri Cod. S servavit: παρὰ τούτοις *μόνον*, sed reponenda est illa dicendi forma qua tanto opere Attici Oratores delectantur: οὐ τοίνυν παρὰ τούτοις *μέν* — ἄλλοθι δ' οὐδαμοῦ, ut apud Demosthenem pag. 118, 2: καὶ οὐ γράφει μὲν ταῦτα, τοῖς δ' ἔργοις οὐ ποιεῖ, aut apud Hyperidem ὑπὲρ Εὐξενίππου pag. 315, 5: καὶ οὐ σὲ μὲν οὕτως οἴομαι δεῖν πράττειν, αὐτὸς δὲ ἄλλον τινὰ τρόπον τῇ πολιτείᾳ κέχρημαι, et in celebratissimo Demosthenis loco: οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα οὐκ ἔγραψα δέ, οὐδ' ἔγραψα μὲν οὐκ ἐπρέσβευσα δέ, οὐδ' ἐπρέσβευσα μὲν οὐκ ἔπεισα δὲ Θηβαίους, de Corona pag. 288, 7. et pag. 192, 9: καὶ οὐκ ἐγὼ μὲν εἶπον ταῦθ' ὑμῖν δ' οὐκ ἐδόκουν ὀρθῶς λέγειν, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ἤρεσε ταῦτα, et aliis multis locis. Scrupulum omnem eximet tibi locus Demosthenis integer servatus pag. 614, 27: ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα *μὲν* τοιοῦτός ἐστιν ἐν οἷς πεπολίτευται, ἄλλα δ' ἔσθ' ἃ καλῶς διῴκηκεν. Ex his omnibus luculenter apparet quam recte Lysiae locum in Orat. III. 37. emendaverit Reiskius sic: οὐ τοίνυν ταῦτα (μὲν) εἰκότα, ἄλλως δὲ περὶ αὐτῶν πέπρακται, ἀλλά κτἑ. sed nemo

Editorum recipiendum esse *μέν* intellexit. Eadem medicina facienda est Andocidi in Orat. II. § 149: *καὶ μὴ βούλεσθε Θετταλοὺς καὶ Ἀνδρίους πολίτας ποιεῖσθαι, τοὺς δὲ ὄντας πολίτας ὁμολογουμένως — τούτους δὲ ἀπόλλυτε.* Habebit oratio colorem Atticum sic ordinata et composita: *μὴ βούλεσθε Θετταλοὺς μὲν καὶ Ἀνδρίους πολίτας ποιεῖσθαι, τοὺς δὲ ὄντας πολίτας — ἀπολλύναι.* Apud Aeschinem locus est in Ctesiphontea § 78. ubi *μόνον* vitiose abundans sententiae vim minuit in verbis: *οὐ γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον [μόνον] μετήλλαξεν.* Paronomasia respuit *μόνον* et *tantum*: verbum verbo opponit: *οὐ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον ἠλέησα.* Non honori, sed oneri esse existimavit. Non medicus, sed mendicus, et sim.

Locus est apud Aeschinem unius vocabuli insertione corruptus, quem loci Hyperidei comparatio sanare poterit. Editur in Ctesiphontea § 182: *δωρεὰς δὲ τίνας ἐλάμβανον; ὧν ἄξιόν ἐϛι μνησθῆναι.* Quemadmodum Hyperides dixit vs. 181: *λογίσασθαι ἄξιον τίνες οἱ τὸν ἡγεμόνα δεξιωσόμενοι τὸν τούτων,* sic Aeschines dixerat: *δωρεὰς δὲ τίνας ἐλάμβανον ἄξιόν ἐϛι μνησθῆναι.*

Duo sunt apud Hyperidem loci, unde emendatio peti possit inveterato mendo in Isocratis Philippo § 64: *τίς ἂν προσεδόκησε — τὰς μὲν ἀτιμωθήσεσθαι, τὰς δ' ἐπιπολάσειν τῶν Ἑλληνίδων πόλεων;* Verbum *ἀτιμοῦν* non est huius loci, quod apud Oratores semper usurpatur de iis, *qui notantur infamia.* Ex Hyperide vs. 51: *ὁρῶν τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν τεταπεινωμένην,* et vs. 185: *πᾶσαν τὴν τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας δύναμιν ἐταπείνωσεν,* emenda: *τὰς μὲν ταπεινωθήσεσθαι,* quod facile in ΑΤΕΙΜΩΘΗΣΕΣΘΑΙ abire potuit. Cf. Isocrat. Orat. XVI. 37: *ταπεινότερον διατεθέντες ἢ νῦν ἡμεῖς τυγχάνομεν ἔχοντες.*

Error in Hyperidis Codice commissus proderit ad alium Isocratis locum restituendum, qui legitur in Orat. de Pace § 29: *ἡμεῖς γὰρ οἰόμεθα μὲν, ἢν τὴν θάλατταν πλέωμεν πολλαῖς τριήρεσι —, διαπράξασθαί τι τῶν δεόντων, πλεῖϛον δὲ διεψεύσμεθα τῆς ἀληθείας.* Legendum esse *διαπράξεσθαι* in tali loco homines docti nondum omnes intelligunt, sed praeterea *οἰόμεθα* vitium concepit. *Olim* ita erant opinati Athenienses, sed vehementer eos, ut scribit Isocrates, ea opinio fefellerat. Requi-

ritur igitur imperfectum, ut in iis quae continuo sequuntur: ὧν μὲν γὰρ ἠλπίζομεν οὐδὲν ἀποβέβηκεν. Itaque ut apud Hyperidem vs. 182. vidimus ΩΟΜΕΘΑ et οἰόμεθα confundi, sic Isocrati ᾠόμεθα pro οἰόμεθα est restituendum.

Quod in vetustissimo libro semel et iterum animadvertimus scribam vocabulorum terminationes contra auctoris mentem verbis proximis accommodare, veluti vs. 60: Μακεδόνας καὶ τοὺς ἄλλους συμμάχους αὐτῶν ἐνίκησε ΜΑΧΟΜΕΝΟΥΣ pro μαχόμενος, et vs. 37: ΤΟΥΤΩΝ μὲν δεῖ κατ' ἄνδρα γενεαλογεῖν ἕκαστον pro τοῦτον μέν, et vs. 112: νόμῳ δὲ τῷ ΤΟΥΤΩΙ τρόπῳ ἐξ ἀνάγκης χρῆσθαι pro τῷ τούτου τρόπῳ, idem genus erroris frequens est in libris sequioribus. Intelligisne quae sit in ἡ λοιπὴ φιλία apud Demosthenem in Midiana pag. 553: 1: μετρία γὰρ δίκη, παρὰ τῶν φίλων ἐστὶν, ἄν τι δοκῶσι πεποιηκέναι δεινὸν, μηκέτι τῆς λοιπῆς φιλίας κοινωνεῖν? Optime habebunt omnia ubi reposueris: μηκέτι τοῦ λοιποῦ φιλίας κοινωνεῖν. Similiter in Isocratis orat. πρὸς Καλλίμαχον § 48: φησὶ μὲν εἶναι δημοτικὸς, τοσούτῳ δὲ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἐπεθύμει μετασχεῖν ἐκείνης τῆς πολιτείας, ὥς' οὐδ' εἰ κακῶς ἔπαθεν ἠξίωσεν ἀπελθεῖν, duo menda insunt: pro εἰ enim ἐπεί reponendum est, οὐδ' ἐπεὶ κακῶς ἔπαθεν, et ἐκείνοις pro ἐκείνης in verbis ἐπεθύμει μετασχεῖν ἐκείνοις τῆς πολιτείας. Paullo ante enim dixerat: ἐπειδὴ δὲ οἱ τριάκοντα κατέστησαν, quo ἐκείνοις referendum esse sequentia monstrabunt. Ex eodem fonte manavit error quo factum est ut Dinarchi locus in Orat. II. 18. intelligi non possit. Editur: τῶν δ' ἄλλων Ἀθηναίων εἰσφερόντων ἐκ τῶν ἰδίων, οὗτος οὐδ' ἐκ τῶν δημοσίων καὶ ὧν ὦφλε τὸ ἀργύριον ἅπαν ἐκτέτικεν, edendum est: οὗτος οὐδὲ τῷ δημοσίῳ ὃ ὦφλεν ἀργύριον ἅπαν ἐκτέτικεν. Librarius exaequavit ἐκ τῶν ἰδίων et ἐκ τῶν δημοσίων, deinde interpolata sunt reliqua. Ibid. § 13. quum esset recte scriptum: καὶ ἐξελεγχθεὶς ὀφείλων τῷ δημοσίῳ λέγων οὐκ ἐξὸν αὐτῷ, substituit imrite λέγειν, quod nunc libros editos obsidet. Ubi semel sic mendum in uno vocabulo natum est gliscit labes et minimi pretii correctores omnia praeter vocabulum corruptum corrigentes augent malum. Insigne est huius rei exemplum in Aristophanis Pluto vs. 489, ubi in libris est Ravennate et Veneto:

καίτοι τούτου τοῖς ἀνθρώποις τίς ἂν ἐξεύροι ποτ' ἄμεινον;
B. οὐδείς. ἐγώ σοι τούτου μάρτυς.

Quia οὐδείς metrum iugulat, repositum est οὔτις, quasi sic quisquam in Attica loqui potuisset. Vitii sedes est in τίς ἂν ἐξεύροι. Vetus et proba scriptura est ΤΙΑΝΕΞΕΥΡΟΙ τί ἂν ἐξεύροι, sed indocte nescio quis propter hiatum τίς ἂν ἐξεύροι substituit. Eadem de causa vitiarunt vs. 130:

αὐτίκα γὰρ ἄρχει διὰ τίν' ὁ Ζεὺς τῶν θεῶν;
B. διὰ τἀργύριον.

nam verum esse facile apparet: διὰ τί ὁ Ζεύς. Itaque quum τίς ἂν ἐξεύροι irrepsisset interpolata sunt reliqua, quae reperto semel vitio nullo negotio restituentur. Nempe sic est emendandum: καίτοι τούτου τοῖς ἀνθρώποις τί ἂν ἐξεύροι τις ἄμεινον; Rectissime nunc et salvo metro respondetur: Οὐδέν. ἐγώ σοι τούτου μάρτυς. In eadem fabula vs. 46. novum est erroris, quem redarguimus, exemplum in verbis:

εἶτ' οὐ ξυνιεῖς τὴν ἐπίνοιαν τοῦ θεοῦ
φράζουσαν, ὦ σκαιότατε, σοι σαφέστατα
ἀσκεῖν τὸν υἱὸν τὸν ἐπιχώριον τρόπον;

nam quicumque haec verba diligenter perpenderit non φράζουσαν sed φράζοντος intelliget requiri. In Equitt. vs. 758. eadem incuria errorem genuit in verbis:

ποικίλος γὰρ ἀνὴρ
κἀκ τῶν ἀμηχάνων πόρους εὐμηχάνους πορίζων,

ubi reperit verum Brunckius εὐμήχανος πορίζειν, sed nemo optime monenti obtemperat. Felicissima est Hirschigii coniectura, qua eadem labe affectum locum sanavit in Equitt. vs. 805:

εἰ δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρίψῃ,
καὶ χῖδρα φαγὼν ἀναθαρρήσῃ καὶ στεμφύλῳ εἰς λόγον ἔλθῃ,
γνώσεται οἵων ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφορᾷ παρεκόπτου.

Certum est enim requiri: εἰ — διατρίψει καὶ — ἀναθαρρήσει — γνώσεται. Sed res haeret in ἔλθῃ. Perspexit Hirschigius ἔλθῃ librario deberi, poëtam ἐλθών dedisse et coniunxisse χῖδρα φαγὼν καὶ στεμφύλῳ εἰς λόγον ἐλθών. Optime, et mirabuntur aliquando posteri eximias emendationes tamdiu ab Editoribus temere sperni potuisse.

Est apud Dinarchum locus in orat. κατὰ Φιλοκλέους § 15.

quem ex Hyperide facile quivis corrigat. Editur: *καὶ οὐκ αὐτόπται ἐςὲ τῶν ὑπὸ· τούτου γεγενημένων ἀδικημάτων*, sine sensu. Pro *καί* suspicor AI tantum in veteri libro comparuisse, cui scriba de suo litterulam addiderit. Confusa sunt I et P, ut saepe alibi, et sic est scribendum: *Ἆρ' οὐκ αὐτόπται ἐςέ; κτἑ.*

Quod apud Hyperidem notavimus ΠΡΩΤΟΝ perperam pro *πρώτου* exaratum esse, eiusdem erroris manifestum exemplum est apud Dinarchum ibid § 14. *ἑορακότες τὸν δῆμον ἅπαντα κατήγορον τούτου γεγενημένον καὶ π ρ ο κ ε χ ε ι ρ ι κ ό τ α π ρ ῶ τ ο ν τῶν ἄλλων ἐπὶ τῷ τὴν τιμωρίαν ἐν ὑμῖν δοῦναι*, ubi Bakius *προκεχειροτονηκότα* reposuit, ego *π ρ ο κ α τ α κ ε χ ε ι ρ ο τ ο ν η κ ό τ α π ρ ώ τ ο υ τῶν ἄλλων* restituerem, quemadmodum II. 20: *τούτου προκαταχειροτονήσας* (libri scripti et editi *καταχειροτονήσας*) *ὁ δῆμος παρέδωκεν ὑμῖν τιμωρήσασθαι.* Quod in Dinarchi loco III. 14 praecedit: *αἰσχρὸν γὰρ — ὑπολείπεσθαί τινας τῶν ἀδίκων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων, ὅτε οἱ θεοὶ φανεροὺς ὑμῖν ποιήσαντες παρέδοσαν τιμωρήσασθαι*, pervulgato errore ΟΤΕ scriptum est pro ΟΥϹ et emendandum: *οὓς οἱ θεοὶ ὑμῖν παρέδοσαν.*

Turpe et ridiculum emblema apud Dinarchum et similia duo alia apud Demosthenem Hyperidis locus omni labe vacuus optime poterit redarguere. Editur apud Dinarchum I. 74: *ὅτ' ἐδωροδόκει μὲν [λαμβάνων χρήματα] παρὰ Φιλίππου Τιμόλαος ὁ τούτου φίλος*, adscriptum est insulsum additamentum quo tempore *δωροδοκεῖν* dici coeptum est pro *δῶρα διδόναι, δεκάζειν, διαφθείρειν.* Eodem tempore irrepsit futile interpretamentum in Demosthenis orat. de F. L. § 11: *οἱ δωροδοκοῦντες [καὶ χρήματα λαμβάνοντες] παρὰ Φιλίππου*, et in orat. de Corona § 45: *τῶν μὲν ἐν τῷ πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν δωροδοκούντων [καὶ διαφθειρομένων ἐπὶ χρήμασιν].* Emendate Hyperides vs. 52: *ὑπὸ τῶν δωροδοκούντων παρὰ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου κατὰ τῶν πατρίδων τῶν αὐτῶν.* Pro *δωροδοκεῖν* saepe audies Oratores dicentes *χρήματα λαμβάνειν, δῶρα λαμβάνειν, δῶρα δέχεσθαι κατὰ τῆς πατρίδος, κατὰ τῆς πόλεως*, et sim. In legibus Atticis solum *χρήματα λαμβάνειν* credo usitatum fuisse, veluti *ἐν τῷ εἰσαγγελτικῷ νόμῳ* apud Hyperidem *ὑπὲρ Εὐξενίππου* pag. 311, 26: *ἐάν τις — ῥήτωρ ὢν μὴ λέγῃ τὰ ἄριςα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων χ ρ ή μ α τ α λ α μ β ά ν ω ν*, et aliis locis.

Quod dicit Hyperides vs. 116: *φανερὸν δ' ἐξ ὧν ἀναγκαζόμεθα καὶ νῦν ἔχειν*, monstrare poterit veram lectionem in loco Demosthenis *κατ' Ἀνδροτίωνος* pag. 595: 23: *ἄξιόν ἐςι — θεωρῆσαι τὴν ἀναίδειαν τοῦ τρόπου δι' ὧν ἐγχειρεῖ λέγειν*, imo vero *ἐξ ὧν*. Notum est quam proclivi errore *δι* et *εξ* inter se permisceantur.

Ex eadem oratione pag. 606, 4. etiam aliud mendum eximam, cui simile in Codice papyraceo notavimus. Nempe pro *κἂν μὲν ἐναντία λέγειν φῇ μηδένα δ' αὐτῷ πείθεσθαι*, requiro *κἂν μὲν ἀντιλέγειν φῇ*. Male repetitum ΕΝ peperit vitium. In tali re *ἀντιλέγειν* poni solet, non *ἐναντία λέγειν*, ut apud Lysiam XII. 25: *πότερον συνηγόρευες ἢ ἀντέλεγες; ἀντέλεγον.* et § 26. *ἀντιλέγειν φῂς τοῖς βουλομένοις ἡμᾶς ἀπολέσαι*, et passim alibi. Eadem confusio apparet in Codd. Aeschinis de F. L. § 44: *θεάσασθαι ἐκ τῶν ὁμολογουμένων καὶ τὰ ἀντιλεγόμενα*. In aliis libris est *ταυτὶ λεγόμενα* et *τἀναντία λεγόμενα*. Vera lectio est *καὶ τἀντιλεγόμενα*, et facile intelligimus quomodo ΤΑΝΤΙΛΕΓΟΜΕΝΑ potuerit in *ταυτὶ λεγόμενα* et *τἀναντία λεγόμενα* abire.

Quod apud Hyperidem emendate legitur vs. 123: *τὰ προσδοκώμεν' ἂν γενέσθαι* manu ducit ad emendandum locum Demosthenis pag. 655, 21: *ὃ μᾶλλον ἐλπὶς ἢ μὴ δυνηθέντα ποιῆσαι*, imo vero *δυνηθέντ' ἂν ποιῆσαι*, quo mendo nihil frequentius esse saepe alibi ostendimus.

Est in eadem oratione locus, qui ipsi Demostheni vehementer placuisse videtur, namque non semel eo usus est. Quoties autem idem locus recurrit deformatur vitiosa lectione, qui eius splendorem obscurat et orationem subineptam reddit. Occurrit primum in Olynthiaca III. p. 35, 20: *τὴν Ἀριςείδου καὶ τὴν Μιλτιάδου καὶ τῶν τότε λαμπρῶν οἰκίαν, εἴ τις ἄρα οἶδεν ὑμῶν ὁποία ποτ' ἐςὶν, ὁρᾷ τῆς τοῦ γείτονος οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν.* Recurrit deinde in oratione spuria *περὶ συντάξεως* pag. 174, 28: *ὥςε τὴν Θεμιςοκλέους καὶ τὴν Κίμωνος καὶ τὴν Ἀριςείδου καὶ Μιλτιάδου καὶ τῶν τότε λαμπρῶν οἰκίαν, εἴ τις ἄρ' ὑμῶν οἶδεν ὁποία ποτ' ἐςὶν, ὁρᾷ τῆς τοῦ γείτονος οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν*, ubi supplendum est *καὶ* (*τὴν*) *Μιλτιάδου*, ne Aristides et Miltiades in unis aedibus habitasse dicantur. Demosthenes ipse iterum his usus est in Aristocratea p. 689, 11: *τὴν Θεμι-*

ςοκλέους μὲν οἰκίαν καὶ (τὴν) Μιλτιάδου καὶ τῶν τότε λαμπρῶν, εἴ τις ἄρα ὑμῶν οἶδεν ὁποία ποτ' ἐςὶν, ὁρᾷ τῶν πολλῶν οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν. In his igitur omnibus vitium idem alitur, quod sic optime deprehendes. Cur, quaeso, addidit: *εἴ τις ἄρα ὑμῶν οἶδεν ὁποία ποτ' ἐςίν?* Potestne absurdior conditio fingi quam haec est? Quid erat opus hoc scire, si quis oculis suis ipsas aedes spectare posset? Scin quid Orator dixerit? Nempe: *εἴ τις ἄρα ὑμῶν οἶδεν ὅπου ποτ' ἐςίν.* Poteratne melius quam sic declarare illas aedes nulla re conspicuas aut vicinis insigniores esse? Simul intelligimus cur tam dubitanter dixerit: *εἴ τις ἄρα οἶδεν.* Non credebat id plerosque de populo scire aut curare. Populus et olim et nunc talium rerum incuriosus solet esse. Si hoc mihi dederis vide quam nihil Codicibus credi possit: sin autem vulgata lectio »*ferri posse*" tibi videbitur, non equidem invideo, miror magis.

Vidimus in Hyperide subinde syllabas aut vocabulum incuria repetitum. Eiusdem rei observatio salutaris erit loco Demosthenis pag. 850, 27: *καὶ ταῦτ' ἤθελον οὐχὶ μαρτύρων ἀπορῶν, οἳ παρῆσαν, ἦσαν γάρ.* Resecto male repetito *ἦσαν* emerget vera lectio: *οὐχὶ μαρτύρων ἀπορῶν, παρῆσαν γάρ.*

Quod Hyperidi reddidimus vs. 154: *τῶν τὸ ζῆν εἰς ἀμείνω τάξιν μετηλλαχότων* prodesse poterit Demostheni, qui scripsisse creditur pag. 1039, 24: *ἀναγκαῖόν ἐςιν εἰς τὴν ἐμὴν τάξιν πειρᾶσθαι καθιςάναι τὸν οὐ μόνον ἐμοῦ νῦν ὄντα πλουσιώτερον, ἀλλὰ καὶ πρότερον.* Recte cogitanti et in Graecis legendis diu versato *καθιςάναι* displicebit et *μεθιςάναι* corrigendum esse apparebit.

Reprehendimus in Hyperide vs. 117. vitiosum supplementum: *θυσίας μὲν ἀνθρώποις γεγενημένας ἐφορᾶν* pro *γιγνομένας*, namque neminem posse *ἐφορᾶν* id quod peractum sit, sed id quod agatur. Eiusdemmodi error haesit in Lysiae Orat. XIII. 67. in verbis: *ἐκεῖθεν δὲ παιδίσκην ἀςῆς ἐξαγαγὼν ἁλίσκεται*, namque res ipsa clamat *ἐξάγων* rescribi oportere. Sexcenties scribae *ἄγειν* et *ἀγαγεῖν* inter se miscent. Non miramur, nam apud Hyperidem pro *καταλαβών* dederunt ΚΑΤΑΛΑΛΑΒΩΝ et passim syllabam aut male repetunt aut repetendam male omittunt. Itaque sitne *ἄγων* an *ἀγαγών* scribendum, *ἄγειν* an *ἀγαγεῖν*, ex libris sciri non potest, ex eu-

iusque loci sententia potest. Apud Demosthenem pag. 213, 17. noli dubitare quin scribi debeat: *διὸ καὶ καταγαγεῖν τὸν Ἀλέξανδρον αὐτούς*, ubi libri omnes in *κατάγειν* conspirant. In Aristophanis Pluto vs. 406. pro *εἰσαγαγεῖν* legerim:

οὔκουν ἰατρὸν εἰσάγειν ἐχρῆν τινα;

conf. vs. 624. In Avibus vs. 1077. pro

λήψεται τάλαντον· ἣν δὲ ζῶντά γ' ἀγάγῃ, τέτταρα.

emendandum esse *ἣν δὲ ζῶντ' ἄγῃ τις τέτταρα* iam alibi monuimus. In Pace vs. 439. ubi in libris est contra metrum:

μὰ Δί', ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ διάγειν τὸν βίον,

olim male correxerunt *διάξειν*, nunc vera lectio *διαγαγεῖν* et reperta est et recepta.

Vidimus apud Hyperidem vs. 116. ΤΩΝ inepte pro *ὧν* scriptum esse. Idem error penitus afflixit locum Lysiae VI. 38: *οὐδὲν προσήκει τῷ Ἀνδοκίδῃ τῶν συνθηκῶν, οὔτε μὰ Δία τῶν πρὸς Λακεδαιμονίους, ἃς ὑμεῖς συνέθεσθε, οὔτε ὧν πρὸς τοὺς ἐν ἄστει οἱ ἐκ Πειραιῶς.* Ipsa compositio loci scripturae vitium arguit: *τῶν* male irrepsit pro *ὧν*, quo recepto correctoris emblema *ἃς* sponte excidit. Itaque legendum: *οὔτε μὰ Δία ὧν πρὸς Λακεδαιμονίους [ἃς] ὑμεῖς συνέθεσθε, οὔτε ὧν κτέ.*

Insertus praepostere articulus in Lysiae Orat. X. 29. efficit ut homo acutissimus ineptire videatur: *ὅσῳ μείζους εἰσίν*, inquit, *καὶ νεανίαι τὰς ὄψεις, τοσούτῳ μᾶλλον ὀργῆς ἄξιοί εἰσι· δῆλον γὰρ ὅτι τοῖς μὲν σώμασι δύνανται, τὰς δὲ ψυχὰς οὐκ ἔχουσιν.* Ultima verba risum movent. Articulus in tali re pronominis possessivi vicem obtinet: itaque *οὐκ ἔχω* articulum excludit. Nemo potest simul *habere* et *non habere*. Emenda: *τοῖς μὲν σώμασι δύνανται, ψυχὰς δ' οὐκ ἔχουσιν.*

Animadvertimus duobus locis apud Hyperidem voculam *γάρ* contra sententiam omissam esse, vs. 35: *τὸν μὲν (γὰρ) ἄλλους τινὰς ἐγκωμιάζοντα.* et vs. 163: *τίς (γὰρ) καιρὸς, ἐν ᾧ κτέ.* Eadem vocula simili modo saepe apud alios intercidit. Apud Demosthenem in Midiana XXI. 35. male editur: *σημεῖον δέ· ἔθεσθε ἱερὸν νόμον αὐτῷ τῷ θεῷ περὶ τῆς ἱερομηνίας*, nam constans Graecorum usus postulat: *ἔθεσθε (γὰρ) ἱερὸν νόμον.* In Isocratis Nicocle § 26. nunc ex Urbinate scribitur: *σημεῖον ὅτι πάντες τὴν μοναρχίαν προτιμῶμεν. οὐ γ' ἂν ποτ' αὐτῇ χρῆσθαι τοὺς θεοὺς ἔφαμεν κτέ.* In optimo Codice pessima lectio est:

οὐ γαν ποτ' αὐτῆι. Sana ratio omnibus libris potior reposcit: *οὐ γὰρ ἄν ποτε.* Duplex mendum inquinat verba Thucydidis III. 93: *αἴτιον δὲ ἦν οἵ τε Θεσσαλοὶ — ἔφθειρον καὶ διὰ παντὸς ἐπολέμουν ἀνθρώποις νεοκαταςάτοις.* Contra usum loquendi *ἦν* abundat et *τε* positum est sine sensu, ubi *γάρ* exspectes. Itaque corrigemus: *αἴτιον δέ· οἱ γὰρ Θεσσαλοί κτέ.* Eodem mendo liberandus est Isaeus XI. 40: *τεκμήριον δέ· εἴκοσι μνᾶς ἑκάτερος ἡμῶν ἔλαβεν.* imo vero: *εἴκοσι (γὰρ) μνᾶς.* Male Dindorfius in Demosthenis Aristocratea pag. 689, 11. edidit: *τεκμήριον δέ· τὴν Θεμιςοκλέους μὲν οἰκίαν.* In libris deterioribus est proba lectio *μὲν γὰρ οἰκίαν.*

Finem faciam in restituendis locis compluscculis ex Thucydide, in quibus sunt eadem scripturae vitia et idem corruptelae genus quod in Hyperidis pervetusto libro coarguimus. Quemadmodum apud Hyperidem vitiose scriptum est vs. 115: ΥΒΡΙΣ *ἀνεκλείπτους* pro *ὕβρεις*, sic apud Thucydidem erratum est I. 73. in verbis: *τὰ μὲν πάνυ παλαιὰ τί δεῖ λέγειν ὧν ἀκοαὶ μᾶλλον λόγων μάρτυρες ἢ ὄψις τῶν ἀκουσομένων*; qui *τὰ ὦτα* appellat *ἀκοάς*, idem *τοὺς ὀφθαλμούς* non *ὄψιν* sed *ὄψεις* appellare debet. Hesychius *Ὄψεις; — ὀφθαλμοί*, et sic solent qui exquisitius loquuntur.

Quod Hyperidi reddidi vs. 59: Μακεδόνας καὶ Εὐβοᾶς pro scriptura Codicis ΕΥΒΟΕΑΣ, videbo an Babingtono probare possim, quod non erit facile negotium quantum ex eius Praefatione colligo. Athenienses nomina in — *αεύς*, — *αιεύς*, — *ιεύς*, — *οεύς* et — *υεύς* exeuntia in casibus obliquis *semper et ubique* contrahebant. Itaque Πειραιῶς et Πειραιᾶ dicebant, non Πειραιέως neque Πειραιέα, et sic Δωριᾶς, Ἑςιαιᾶς, Πλαταιᾶς, Εὐβοᾶς et similia omnia, et in singulari Στειριᾶ, Μηλιᾶ, Κυδαθηναιᾶ, cett. Usu invaluit ut *ἁλιεύς* et Ἁλιεύς ita distinguerentur ut appellarent *τοὺς* Ἁλιᾶς eos qui *τὴν* Ἁλιάδα incolebant, sed *piscatores* *τοὺς ἁλιέας*, et *τὸν ἁλιέα.* Has autem formas Atticas scribae olim ad suam loquendi consuetudinem refingebant, ut in multis aliis eos pertinaciter fecisse et nunc inter multos constat, et aliquando inter omnes constabit. Sicubi, ut hoc utar, ΗΙΣΑΝ, ΠΑΡΗΙΣΑΝ, ΑΠΗΙΣΑΝ esset scriptum, isti de suo *ᾔεσαν*, *παρῄεσαν*, *ἀπῄεσαν*, aut *παρῆσαν* et *ἀπῆσαν* substituebant. Ubicumque apud Thucydidem lege-

batur antiqua et proba forma ΑΝΟΚΩΧΗ et ΔΙΟΚΩΧΗ et ΠΑΡΟΚΩΧΗ, quae sola Graeca est, ut κατοκωχή et συνοκωχή et μετοκωχή, isti maleseduli formam vitiosam ἀνακωχή supponunt, et διακωχή, et sequiorem παροχή. Eadem socordia dare solent Πλαταιέας, Θεσπιέας, Ἐρετριέας, Μηλιέας cet. Quibus autem argumentis vincemus has esse formas vitiosas, illas genuinas? Primum ex Atticae dialecti natura et ingenio et analogia certissima, deinde e poëtarum locis, ubi metrum scribas aut retinet aut arguit. Praeterea ex Grammaticorum testimoniis, qui in suis libris formas probas et genuinas solas legerant. Denique ex antiquissimis librorum mendis, quae antiquae lectionis manifesta vestigia servare solent. Disertum est testimonium Harpocrationis v. Ἀγυιᾶς: — ἔςιν οὖν τὸ ὁλόκληρον ἀγυιέας, καὶ κατὰ τὴν Ἀττικῶν διάλεκτον ἀγυιᾶς, καθὰ καὶ Στειριᾶς καὶ Μηλιᾶς καὶ τὰ παραπλήσια λέγουσιν ἐν συναλοιφῇ. Utilior etiam nobis testis est Apollonius περὶ Ἀντωνυμ. p. 126. Bekk. ἡμέας καὶ Ἀττικῶς ἡμᾶς, ὡς Εὐβοέας Εὐβοᾶς, et post pauca: οὔτε Ἀττικοὶ τὸ ε καὶ τὸ α συναιροῦσιν ὅτε μὴ καθαρεύοι τὸ ε, ὡς ἐπὶ τοῦ ἱέασιν ἱᾶσιν, οὐ γὰρ ἔτι ἐπὶ τοῦ τιθέασι, καὶ Εὐβοᾶς φασὶν ἀλλ' οὐκέτι ταχᾶς. Iam vero neque ego umquam, neque tu qui haec legis, vidimus ullum locum ubi Στειριᾶς legatur aut Μηλιᾶς aut Εὐβοᾶς. Ubicumque hae formae occurrunt, occurrunt autem saepissime, videbis in libris scriptis et editis circumferri τοὺς Εὐβοέας, (Thucyd. IV. 92.) aut Μηλιέας (Thucyd. IV. 96. V. 51.) aut Στειριέα (Xenoph. Hell. IV. 8. 25.) aut Πλαταιέας (Thucyd. II. 76. et passim) aut similes. In poëtis salva res est, ut in Sophocl. Philoct. 4:

Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτόλεμε, τὸν Μηλιᾶ
Ποίαντος υἱὸν ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε.

et in Aristoph. Lysistr. 1168:

παράδοθ' ἡμῖν τουτονὶ
πρώτιςα τὸν Ἐχινοῦντα καὶ τὸν Μηλιᾶ
κόλπον τὸν ὄπισθεν.

ad Sophoclem annotavit magister: Ἀττικὸν δὲ τὸ Μηλιᾶ: non facile evasisset illa forma in Thucydide aut Xenophonte aut Demosthene. Servant fideliter antiquam formam pervetusta quaedam scribarum vitia, a quibus sequiores omnes abstinuere

manum, ut apud Thucyd. I. 107. ἐς δωριάς pro ἐς Δωριᾶς, quod saepe alibi in δωριέας est depravatum. Eodem modo scribitur I. 114. ἑςιαίας pro Ἑςιαιᾶς, et I. 105. Ἀθηναίοις δὲ ναυσὶν ἀποβᾶσιν ἐς ἁλίας pro ἐς Ἁλιᾶς. Eadem lectio duobus aliis apud Thucydidem locis immanem labem concepit I. 115. ἀποδόντες Νίσαιαν καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα καὶ Ἀχαΐαν, et IV. 21. ἀποδόντας Λακεδαιμονίοις Νίσαιαν καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα καὶ Ἀχαΐαν. Nihil est absurdius quam καὶ Ἀχαΐαν. Athenienses non magis Achaiam bello ceperant quam ipsam Laconicam. Ceperant autem agrum Troezeni finitimum, quem Thucydides commemorat II. 56: ἔτεμον τήν τε Τροιζηνίδα καὶ τὴν Ἁλιάδα, et eundem pace composita reddidisse dicuntur. Itaque utrobique pro καὶ Ἀχαΐαν reponendum esse censeo καὶ Ἁλιᾶς. Scioli quum quid esset ΚΑΙΑΛΙΑΣ non caperent, vocabulum bene Graecum substituerunt sententiae securi.

Eruditi Grammatici illas formas saepius annotaverunt utpote plane obsoletas. Hesychius, qui plurimas glossas Thucydideas continet, ubi scripsisse putatur Δωριάς: δωρεάς, nihil aliud dederat quam Δωριᾶς: Δωριέας, ut alio loco Χαςιᾶ τὸν ἀπὸ δήμου. Sed omnium maxime memorabilis est Hesychii locus in v. Αἰγιαλῶς: ἀντὶ τοῦ Αἰγιαλέως. Ἀττικῶς. In ipso Codice est αἰγιλῶς. Vera scriptura est Αἰγιλιῶς: ἀντὶ τοῦ Αἰγιλιέως. Ἀττικῶς. Solet Αἰγιλιεύς in Αἰγιαλεύς a scribis depravari, qui nusquam pepercerunt genitivis Αἰγιλιῶς, Στειριῶς, Πυθαῶς, Ἐρετριῶς, Μηλιῶς, similibusque, et Αἰγιλιέα dare solent et Κηφισιέα et Ἐρχιέα, et saepissime Παιανιέα. Redde Isaeo VI. 10. Κηφισιῶς, ubi Codd. κηφισεῶς dederunt et Aeschini F. L. § 155. Κηφισιᾶ pro κηφισέα. Vide quam difficulter evaserit Μηλιῶς apud Thucyd. VIII. 3. Non Παιανιέα sed Παιανιᾶ scribendum esse diserte testatur Didymus apud Harpocrat. v. Παιανιεῖς, ubi iam tum corruptam lectionem corrigit: Δίδυμος γραπτέον εἶναί φησι Παιανιᾶ χωρὶς τοῦ ε. Iam tum igitur illud genus vitii in libris inoleverat. Nempe Atticorum scripta Alexandriae et Romae per scribarum manus propagabantur, et quidquid veteribus Atticis solis fuerat proprium ad communem reliquorum usum refingebatur. Notum est in Platonis Codicibus iam olim formas Atticas plusquamperfecti ᾔδη, ἐπεπόνθη, ἐνενοήκη cet. obliteratas fuisse, quas

olim in iis fuisse scriptas Panaetii testimonio eruditi Grammatici confirmabant. Sunt qui easdem olim recte restitutas ex Aristophane denuo expulerint, et in Vesp. 800. ἠκηκόειν γάρ revocarunt, et in Pace vs. 616. ἠκηκόειν, et ἐγρηγόρειν in Ecclesiaz. 32. et ibid. vs. 650. ἐπεπόνθειν. Contra in Nubibus 380. edi video: τουτί μ' ἐλελήθη pro ἐλελήθειν, id est primam personam pro tertia. Possent complura alia his addi, sed et dixi de ea re saepe alibi, et ad Demosthenem aliquando plurima de genere hoc expromere in animo est. Nunc aliud scripturae mendum eximam ex Thucydide III. 18: πληγέντες ὑπό τε τῶν Ἀντισσαίων καὶ τῶν ἐπικούρων, namque emendandum est Ἀντισσέων. Quemadmodum enim Amphissae cives Ἀμφισσῆς appellantur, sic Antissae Ἀντισσῆς. Confunduntur Ε et ΑΙ iam in libris antiquissimis, ut et in Codice Hyperidis, qui vs. 42. ΕΠΕΔ(εύθησαν) exhibet pro ΕΠΑΙΔεύθησαν. Idem vitium ex Aeschinis Ctesiphontea eximendum est ubi editur § 165: Ἀχαιοὶ πάντες· πλὴν Πελληναίων. Emendate Thucydides VIII. 106: Συρακοσίων καὶ Πελληνέων. Caeterum scatere libros *omnes* eo genere vitiorum quis est qui nesciat? Apud Hesychium v. Ἀβαρνεύς: Φωκέων φυλή, reponendum est Φωκαιῶν, et Συρβηναίων χορός ubicumque comparet vero nomine Συρβηνέων χορός appellari debet.

Quale mendum ex Hyperide eluimus vs. 60: Λεωσθένης — Βοιωτοὺς καὶ Μακεδόνας καὶ Εὐβοᾶς καὶ τοὺς ἄλλους συμμάχους αὐτῶν ἐνίκησε μαχόμενος ἐν τῇ Βοιωτίᾳ pro ἐνίκησε ΜΑΧΟΜΕΝΟΥΣ, talia complura in Thucydide commissa aut latent omnes, aut deprehensa tamen a nonnullis excusantur et verae scripturae locum obsident. Satis habebo exempla quaedam apponere. Editur II. 14: ἐπὶ γὰρ Κέκροπος καὶ τῶν πρώτων βασιλέων ἡ Ἀττικὴ ἐς Θησέα ἀεὶ κατὰ πόλεις ᾠκεῖτο πρυτανεῖά τε ἔχουσα καὶ ἄρχοντας. Perpende diligenter hunc locum et senties pro ἔχουσα requiri ἐχούσας. In libro I. 120: πολλὰ γὰρ κακῶς γνωσθέντα ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων τυχόντων κατωρθώθη. Reperta olim est vera lectio: ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων τυχόντα, inconsultiores hostes *nacta*, sed temere spernitur. Usitata scriptura τυχόν peperit errorem. Emenda obiter locum Andocidis περὶ μυστηρίων §. 92: σκέψασθε — τοὺς κατηγόρους τί αὐτοῖς ὑπάρχον τῶν ἑτέρων κατηγοροῦσιν, imo

vero: *τίνων αὐτοῖς ὑπαρχόντων ἑτέρων κατηγοροῦσιν.* Ex eodem fonte manavit error apud Thucyd. I. 110: *οὕτω μὲν τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα διεφθάρη ἓξ ἔτη πολεμήσαντα.* Fac in Codice scriptum esse *πολεμησαν*, quomodo id ex reliquis explendum esse putares? Equidem *πολεμησάντων* censeo, ne Thucydides perinepte locutus esse videatur. Apud Isaeum VIII. 29: *τῶν μὲν παλαιῶν ἀκοὴν μαρτυρούντων παρεχόμενος*, si recte locum ceperis *μαρτυροῦντας* mecum restitues. Sed redeo ad Thucydidem, ubi legitur V. 45: *τοῦ Ἀλκιβιάδου — καταβοῶντος τῶν Λακεδαιμονίων ἐσήκουόν τε καὶ ἕτοιμοι ἦσαν εὐθὺς παραγαγόντες τοὺς Ἀργείους — ξυμμάχους ποιεῖσθαι.* Παράγειν esse *producere ad populum* legatos, nuntium, indicem, nescit nemo. Utrum igitur id populum ipsum fecisse putas an Alcibiadem? Equidem Alcibiadem arbitror, et res est perspicua. Itaque corrigendum esse apparet *εὐθὺς παραγαγόντος* pro *παραγαγόντες*. Unum locum addam ex libro VIII. 15: *τά τε χίλια τάλαντα — εὐθὺς ἔλυσαν τὰς ἐπικειμένας ζημίας τῷ εἰπόντι ἢ ἐπιψηφίσαντι — καὶ ἐψηφίσαντο κινεῖν καὶ ναῦς πληροῦν.* Eritne mihi multis verbis opus ut vincam pro *εὐθὺς ἔλυσαν τάς* emendandum esse *εὐθὺς λύσαντες τάς*, quo facto *καί* ante *ἐψηφίσαντο* statim ultro excidet et locus ex impedito et absurdo sanus et perspicuus erit: *τά τε χίλια τάλαντα — ἐψηφίσαντο κινεῖν καὶ ναῦς πληροῦν*, quibus verbis aptissime interposuit: *εὐθὺς λύσαντες τὰς ἐπικειμένας ζημίας τῷ εἰπόντι ἢ ἐπιψηφίσαντι.* Haec ipsa verba admonent me alius loci apud Thucydidem ridiculum in modum corrupti VIII. 67: *ἐσήνεγκαν οἱ ξυγγραφῆς ἄλλο μὲν οὐδέν, αὐτὸ δὲ τοῦτο, ἐξεῖναι μὲν Ἀθηναίων ἀνειπεῖν γνώμην ἣν ἄν τις βούληται· ἢν δέ τις τὸν εἰπόντα ἢ γράψηται παρανόμων ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ βλάψῃ μεγάλας ζημίας ἐπέθεσαν.* Equidem *ἀνεῖπον* et *ἀναγορεύω*, *ἀνερῶ*, *ἀνείρηκα*, *ἀνάρρησιν ποιεῖσθαι* cett. (quae usu apud Athenienses coniuncta esse alibi accurate demonstravimus) nonnisi de *praeconibus* usurpari sat scio et perinde esse *ἀναγορεύω* dicere et *κηρύττω*, quemadmodum et *ἐπαναγορεύω* et *ἐπικηρύττω*. Quid igitur? An concoquere poteris *ἐξεῖναι κηρῦξαι γνώμην ἣν ἄν τις βούληται?* Quis tam Codicum Mss. fautor inepte est, ut non hoc fateatur esse absurdum? Ergo spreta librorum

auctoritate rescribe ἐξεῖναι — εἰπεῖν γνώμην, ut statim emendate scriptum est: ἥν δέ τις τὸν εἰπόντα γράψηται παρανόμων. Exemplum unum verbi ἀνειπεῖν ex Aeschine afferam ut eiusdem locum veteri mendo liberem. In Ctesiphontea dixit §. 40: εἰ τοίνυν — ἦσαν δύο κείμενοι νόμοι περὶ τῶν κηρυγμάτων, ἐξ ἀνάγκης — ἀνῄρητ' ἂν ὁ ἕτερος τῶν νόμων ἤτοι ὁ τὴν ἐξουσίαν δεδωκὼς ἀνειπεῖν ἢ ὁ ἀπαγορεύων. Ex his igitur emblema irrepsisse arguitur in eiusdem orationis §. 155: τότε μὲν ταῦτ' ἐκήρυττεν (ὁ κήρυξ), ἀλλ' οὐ νῦν, ἀλλὰ παραςησάμενος τὸν τῆς ὀρφανίας τοῖς παισὶν αἴτιον τί ποτ' ἀνερεῖ [ἢ τί φθέγξεται]; Ex antiqua scriptura ΤΙΠΟΤΑΝΕΡΕΙ omnium librorum scribae elicuerunt τί ποτ' ἂν ἐρεῖ, unus τί ποτ' ἂν αἱρῇ sed correctum ἐρεῖ, in uno vera lectio ἀνερεῖ reposita est. Vitiosa scriptura: τί ποτ' ἂν ἐρεῖ; permovit aliquem correctorem ut de suo adderet: ἢ τί φθέγξεται; Antiqua et proba lectio τί ποτ' ἀνερεῖ; id est τί ποτε κηρύξει; istiusmodi additamentum non admittit. Itaque ex Oratione plurimis emblematis obsita haec quoque verba suppositicia expellenda censeo.

Quod apud Hyperidem deprehendimus vitium vs. 38: περὶ δὲ Ἀθηναίων ἀνδρῶν τοὺς λόγους ΠΟΙΟΥΜΕΝΟΝ — περίεργον ἡγοῦμαι εἶναι ἰδίᾳ τὰ γένη ἐγκωμιάζειν pro ποιούμενος, simillimus huic error apud Thucydidem commissus est VI. 102: (Nicias) τὰς μηχανὰς καὶ ξύλα ὅσα πρὸ τοῦ τείχους ἦν καταβεβλημένα ἐμπρῆσαι τοὺς ὑπηρέτας ἐκέλευσεν ὡς ἔγνω ἀδυνάτους ἐσομένους ἐρημίᾳ ἀνδρῶν ἄλλῳ τρόπῳ περιγενέσθαι. Si ea verba diligenter consideraveris de ipso Nicia haec dici oportere intelliges: ἔγνω ὅτι οὐ δυνήσεται ἄλλῳ τρόπῳ περιγενέσθαι. Nicias aegrotans cum paucis intra munimentum erat relictus; itaque ad quem alium ἐρημίᾳ ἀνδρῶν referri poterit quam ad ipsum? Emenda igitur: ὡς ἔγνω ἀδύνατος ἐσόμενος ἐρημίᾳ ἀνδρῶν ἄλλῳ τρόπῳ περιγενέσθαι, ut II. 81: ὁ δὲ ἀδύνατος ἔφη εἶναι Ναύπακτον ἐρήμην ἀπολιπεῖν. Obiter corrige locum III. 28: γνόντες δὲ οἱ ἐν τοῖς πράγμασιν οὔτ' ἀποκωλύσειν δυνατοὶ ὄντες κτέ. Δύναμαι, δυνατός εἰμι et οἷός τέ εἰμι cum aoristo coniungi solent, cum futuro coniungi omnino nequeunt, quare ἀποκωλῦσαι emendandum. Alio modo peccatum est III. 37: πολλάκις — καὶ ἄλλοτε ἔγνων δημοκρατίαν ὅτι ἀδύνατόν ἐςιν ἑτέρων ἄρχειν, ubi reponendum ὅτι ἀδύνατός ἐςιν κτέ.

Quod in Hyperidis vetere Codice scriptum est vs. 161. ΑΠΕΔΕΙΞΑΝ pro ἀπεδείξαντο commode adhiberi poterit ad eliminandum ex Thucydide duplicem barbarismum. Legitur IV: 41: ἐλήιζόν τε τὴν Λακωνικήν, et III. 85: ἐλήιζον τοὺς ἐν τῇ νήσῳ, sed emendandum est ἐλῄζοντό τε et ἐλῄζοντο τοὺς ἐν τῇ νήσῳ. Graeci omnes constanter usi sunt forma media, quae in Ionia ληΐζομαι est, λῄζομαι in Attica. Thucydides, apud quem saepius proba et genuina forma occurrit, scribarum vitio bis βαρβαρίζει. Quamquam barbarismus abest, tamen non minus grave mendum vitiat locum VI. 62: Νικίας παρῆν ἐς τὸ ϛράτευμα· καὶ τἀνδράποδα ἀπέδοσαν καὶ ἐγένοντο ἐξ αὐτῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τάλαντα. Quomodo, quaeso, tantum pecuniae ex mancipiis redigi potuit, si ea Athenienses suis *reddiderunt?* At non redditi sunt, inquis, sed sub corona vaenierunt. Intelligo, sed non inest hoc in Graecis: ἀπέδοσαν enim nihil aliud est quam *reddiderunt*. Quod sententia postulat *vendiderunt* apud Atticos omnes et Thucydidem est ἀπέδοντο. Etiam quod sequitur ἐγένοντο τάλαντα plane ab Atticorum loquendi usu abhorret, quamobrem utroque mendo sublato restituerim: τἀνδράποδα ἀπέδοντο καὶ ἐγένετο ἐξ αὐτῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι τάλαντα.

Sunt in libris certa quaedam vocabula, in quorum exitu librariorum natio veluti ludere solet et omnia miscere: in his sunt αὐτός, οὗτος et ἕκαϛος, quae saepe videbis praeter sententiam reficta temere terminatione vicinis accommodari. Apud Hyperidem scriptum est vs. 37. ΤΟΥΤΩΝ pro τοῦτον, vs. 67. ΑΥΤΩΝ pro αὐτῆς, et vs. 112. τῷ ΤΟΥΤΩΙ τρόπῳ pro τούτου, et vs. 139. ΑΥΤΟΝ pro αὐτοῦ. Similia passim occurrunt in libris nostris, veluti apud Demosth. p. 1439, 15: ἐγὼ μὲν δὴ δίκαιον ὑπείληφα πρῶτον ἁπάντων αὐτοῖς εἰπεῖν τί μοι δοκεῖ περὶ ὧν σκοπεῖσθε, ubi Wolfius intellexit αὐτὸς εἰπεῖν verum esse. Sed eadem opera πρῶτος ἁπάντων correctum oportuit, de quo genere erroris paulo ante diximus. Viri docti ea vitia tam faciles ferunt, ut apud Thucydidem VI. 3. concoquant: Ἑλλήνων δὲ πρῶτον Χαλκιδῆς — Νάξον ᾤκισαν, pro πρῶτοι. Apud Thucydidem VI. 10. libri ad unum omnes conspirant in malesana lectione: ἡμεῖς δὲ Ἐγεϛαίοις δὴ οὖσι ξυμμάχοις — ὀξέως βοηθοῦμεν, ὑφ' ὧν δ' αὐτῶν πάλαι ἀφε-

ςώτων ἀδικούμεθα ἔτι μέλλομεν ἀμύνεσθαι. Primus omnium Reiskius verum vidit, qui ὑφ' ὧν δ' αὐτοὶ πάλαι ἀφεςώτων ἀδικούμεθα restituit. Equidem ἀφεςώτων quoque insiticium esse suspicor. Praecedit enim: Χαλκιδῆς ἔτη τοσαῦτα ἀφεςῶτες ἀφ' ἡμῶν ἔτι ἀχείρωτοί εἰσιν, et sententia clamat πάλαι ἀδικούμεθα arcte coniungi oportere.

Confusa sunt ἑκάςην et ἕκαςοι, si quid iudico, apud Thucyd. VI. 32: εὐχὰς δὲ τὰς νομιζομένας πρὸ τῆς ἀναγωγῆς οὐ κατὰ ναῦν ἑκάςην, ξύμπαντες δὲ ὑπὸ κήρυκος ἐποιοῦντο. Opposita haec ita erunt inter se ut res ipsa postulat, ubi rescripseris: οὐ κατὰ ναῦν ἕκαςοι, ξύμπαντες δέ. Nempe quamquam *simul omnes* preces solemnes peregisse dicuntur, vel sic tamen κατὰ ναῦν ἑκάςην τὰς εὐχὰς ἐποιοῦντο. Bene viderunt viri docti apud Thucyd. VIII. 50: γράψας — ὅτι ἀνεπίφθονόν οἱ ἤδη εἴη — καὶ τοῦτο καὶ ἄλλο πᾶν δρᾶσαι μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν ἐχθίςων αὐτὸν διαφθαρῆναι, non sic scripsisse Thucydidem sed αὐτὸς διαφθαρῆναι. Apud Antiphontem V. 53. ubi editur: ὥςε τοῦτο μὲν σαφέςερον αὐτοῖς ἔμελλεν ἐρεῖν ὁ εἰργασμένος κτέ. dubitasne quin αὐτὸς — ὁ εἰργασμένος oporteat rescribi? Apud Lysiam XXX. 28: καὶ τὰς μὲν ἀρχὰς ὑπὸ τῶν τοιούτων ἡγεῖσθε διαφθείρεσθαι, αὐτοῖς δὲ τούτοις πιςεύετε, pro αὐτοῖς Bekkerus de Marklandi coniectura recepit: αὐτοὺς δὲ τούτοις πιςεύετε, sed dicitur hoc de iis, *qui medico capita sua credunt*, quare melius emendabitur: αὐτοὶ δὲ τούτοις πιςεύετε. Diversi generis mendum latet in αὐτῶν apud Thucydidem VI. 82: ἡμεῖς δὲ Ἴωνες ὄντες Πελοποννησίοις Δωριεῦσι καὶ πλείοσιν οὖσιν — ἐσκεψάμεθα ὅτῳ τρόπῳ ἥκις' αὐτῶν ὑπακουσόμεθα. Pro ἥκις' αὐτῶν in nonnullis libris est ἥκις' ἂν αὐτῶν. Bellissimum est ἥκις' ἂν ἀκουσόμεθα, itaque a nonnullis probatur ea scriptura, quibus ἂν cum futuro aptissime videtur componi. Dittographia est in ἂν αὐτῶν. Scriptura vitiosa ΑΥΤΩΝ correcta est supra scripto ΑΝ, ut ΑΝΩΝ scriberetur, et ecce emicat verissima lectio ΗΚΙΣΤΑΝΩΝ id est ἥκις' ἀνθρώπων. Quid tritius est in Attica quam ἥδις' ἀνθρώπων, κάλλις' ἀνθρώπων, οἰκειότατ' ἀνθρώπων et sim.? Vide Astium ad Platonis Leges pag. 24. Frequens est imprimis μάλις' ἀνθρώπων et ἥκις' ἀνθρώπων, in quibus scribas etiam alibi impegisse ad Xenophontem annotavimus.

Affinis his error commissus apud Thucydidem VIII. 88. scioli interpretamentum peperit, quod tamquam nebula locum obscurat. In libris est: Ἀλκιβιάδης ἔπλει καὶ αὐτός — ὑποσχόμενος τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ ἀσφαλῆ καὶ μεγάλην χάριν· ἢ γὰρ αὐτὸς ἄξειν Ἀθηναίοις τὰς Φοινίσσας ναῦς ἢ Πελοποννησίοις γε κωλύσειν ἐλθεῖν. Misere claudicat oppositio vel potius nulla omnino inest in hac inepta loci conformatione. Sed salva res est. Αὐτός tralaticio vitio scriptum est pro αὐτοῖς, quod ubi receperis Ἀθηναίοις locum suum tueri non poterit et in oram remigrabit, unde male irrepserat. Itaque sana et expedita erunt omnia in hunc modum scripta: ἢ γὰρ αὐτοῖς ἄξειν τὰς Φοινίσσας ναῦς ἢ Πελοποννησίοις γε κωλύσειν ἐλθεῖν. Dixerat enim ipse Alcibiades: ἢ ὑμῖν ἄξω τὰς ναῦς ἢ Πελοποννησίοις γε κωλύσω ἐλθεῖν.

Quo pacto nonnumquam in Hyperidis libro papyraceo syllaba negligenter repetita est, sic apud Thucydidem IV. 63. eodem modo natus error orationem vitiavit in his: πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ — τὸν εὖ καὶ κακῶς δρῶντα ἐξ ἴσου ἀρετῇ ἀμυνούμεθα· ἢν δὲ ἀπιςήσαντες ἄλλοις ὑπακούσωμεν οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα, ἀλλὰ καὶ ἄγαν εἰ τύχοιμεν φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίςοις, διάφοροι δ' οἷς οὐ χρὴ κατ' ἀνάγκην γιγνοίμεθα. Primum rescribe πιθόμενοι pro πειθόμενοι. Raro elabitur antiqua forma πιθών et ἐπιθόμην, cui etiam apud poëtas saepe iugulato metro πείθων et ἐπειθόμην, πείθου et πειθόμενος scribae indocti substituunt. Opponuntur inter se πιθόμενοι μὲν ἐμοί et ἀπιςήσαντες. Praeterea sensu vacua sunt verba: καὶ ἄγαν εἰ τύχοιμεν. Quid sibi vult ἄγαν? Quid τυχεῖν in ea oratione? Equidem latere in his suspicor: ἀλλὰ κἂν εὐτυχῶμεν. Qui in bello *rem bene et feliciter gerunt* dicuntur εὐτυχεῖν. Notissimae rei exemplum unum adscribam, ut locum mendo liberem. Legitur IV. 117: τοὺς γὰρ δὴ ἄνδρας περὶ πλείονος ἐποιοῦντο κομίσασθαι ὡς ἔτι Βρασίδας εὐτύχει, imo vero: *donec* Brasidas rem prospere gereret; itaque ἕως ἔτι vera scriptura est. Quod in illo loco legitur τὸν εὖ καὶ κακῶς δρῶντα revocat mihi in memoriam locum ridiculo vitio obscuratum IV. 15: ἔδοξεν αὐτοῖς ὡς ἐπὶ ξυμφορᾷ μεγάλῃ τὰ τέλη καταβάντας ἐς τὸ ςρατόπεδον βουλεύειν παραχρῆμα ὁρῶντας ὅ τι ἂν δοκῇ. Quid multis verbis in re perspicua opus?

Emenda sodes: *παραχρῆμα δρῶντας ὅ τι ἂν δοκῇ*. In re tam ancipiti quidquid consilio placuisset sine mora erat *agendum*, non *videndum*. Intelligisne quam facile *ὁ* et *δ* confundi possint? In Valckenaerii Schedis Criticis Mss., ubi multa erudite de litterarum confusione et permutatione collegit, annotatum lego: »*Markland. ad Lys.* p. 415, 1. *Littera δ amisso apice in ο migravit. Habet plura in eam rem ad Maximum Tyrium* p. 653. B. *ὁράμασι L. δράμασι. οἰκεῖα L. δίκαια Faber ad Longin.* p. 240. n. 57. *Hesychius* Εὐοίαιον. L. Εὐδιαῖον *Toup. Suid.* 3. p. 332." Haec ille. Plura de genere hoc alias dare in animo est. Nunc ad reliqua pergo.

Quoties in Hyperidis Codice vidimus I male omissum. Ea res non semper minimi momenti est: nonnumquam aut sententiae aut Graecitati grave detrimentum affert, veluti VIII. 25. ubi viri docti barbaram formam *προεξάξαντες* summa ope tuentur in his: *καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι τῷ σφετέρῳ αὐτῶν κέρᾳ π ρ ο ε ξ ά ξ α ν τ ε ς καὶ [καταφρονήσαντες] ὡς ἐπ' Ἴωνάς τε καὶ οὐ δεξομένους ἀτακτότερον χωροῦντες νικῶνται.* Veram scripturam *προεξᾴξαντες* et Dindorfius reperit apte componens Herodotum IX. 62: *προεξαΐσσοντες κατ' ἕνα*, et Vaticanus Codex, si quis in tali re Codicis auctoritatem requiret, confirmat diserte exhibens *προεξαΐξαντες*. Sunt qui *ἦξα* et *ἤγαγον* perinde Atticis usitata fuisse ex locis quibusdam vitiosis imperite collegerint. Ubi *προεξᾴξαντες* receperis simul expunge *καταφρονήσαντες* a sciolo additum, quo resecto demum locus colorem et vigorem Thucydideum habebit. Dici a bono scriptore potuit *καταφρονήσαντες* aut *ὑπὸ καταφρονήματος ἀτακτότερον ἐχώρουν*, sed ubi ita dicitur: *ὡς ἐπ' Ἴωνάς τε καὶ οὐ δεξομένους ἀτακτότερον χωροῦντες* non est probati scriptoris frigidum et otiosum *καταφρονήσαντες* apponere. Iterum male omissum est I in V. 10: *παρήγγειλε τοῖς ἀπιοῦσιν — ὑπάγειν ἐπὶ τῆς Ἠιόνος. ὡς δ' αὐτῷ ἐδόκει σ χ ο λ ὴ γίγνεσθαι κτέ.* Inepte in ea trepidatione *otium* commemoratur: sententia postulat *βραδέως*: videbantur trepidanti Cleoni *lente* ac *tarde* progredi, itaque *σχολῇ* verum est, quod saepius apud Thucydidem *βραδέως* significat, v. c. III. 46: *εἰ τὸ αὐτὸ δύναται σ χ ο λ ῇ καὶ τ α χ ὺ ξυμβῆναι*, et alibi saepe. Addam locum Aristophanis ubi I praepostere

additum verbum peperit Graecis auribus inauditum. In Ranis vs. 494. circumferri video hanc scripturam:

Ἴθι νυν, ἐπειδὴ λημ ατιᾷς κἀνδρεῖος εἶ.

sed verbum λημαστιῶ vitio natum et analogia damnat et usus respuit. Repone adiectivum λημάτίας fictum ad exemplum notissimi φρονημάτίας. Hesychius ἐκ τῆς Κωμικῆς λέξεως apponit: Λημ ατίας: φρονημάτίας, a Didymo, ut probabile est, ex hoc ipso Aristophanis loco desumtum.

Apud Thucydidem quoque πρό et πρός passim susque deque habentur. Aperte vitiosum est VIII. 45: οὐχ ὑπολιπόντες ἐς ὁμηρείαν τὸν προσοφειλόμενον μισθόν, namque προσοφείλω est apud Atticos προσέτι ὀφείλω, multoque melius divisim πρὸς ὀφείλω scribitur, ut apud Demosthenem p. 37, 7: καὶ τὸ πάντων ἀνδρειότατον, τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσοφείλετε, ubi πρὸς ὀφείλετε reponendum. Contra *debeo* Atticis est προὐφείλω, saepe a scribis in προοφείλω, idque nonnumquam in προσοφείλω depravatum, quamobrem τὸν προὐφειλόμενον μισθόν verum esse arbitror. Eadem de causa redde Demostheni pag. 945, 20: ἐκ τίνος τρόπου προσώφειλε τὰ ἕνδεκα τάλαντα; pro προσώφειλε. Neque debebant dubitare viri docti quin προϊόντας emendari oporteret IV. 47: μαστιγοφόροι τε παριόντες ἐπετάχυνον τῆς ὁδοῦ τοὺς σχολαίτερον προσιόντας, nam quid sibi vult προσιέναι in ea re, ubi *progredi* requiritur? Neque minus hoc necessarium est IV. 110: οἱ δὲ πράσσοντες αὐτῷ εἰδότες ὅτι ἥξοι [καὶ] προσελθόντες τινὲς αὐτῶν λάθρᾳ ὀλίγοι ἐτήρουν τὴν πρόσοδον. Si eius adventum *opperiebantur*, manifestum est ὅτι αὐτῷ οὔπω προσῆλθον. Reponendum est expuncta copula: εἰδότες ὅτι ἥξοι προελθόντες τινὲς αὐτῶν λάθρᾳ ὀλίγον ἐτήρουν τὴν πρόσοδον. Quod reposui προελθόντες — ὀλίγον pro ὀλίγοι commendatur loco vicino cap. 111: ὁ Βρασίδας ἡσύχαζεν ὀλίγον προελθών. Quod importunum καί delevi, mirum est quam saepe apud Thucydidem ea vocula perperam irrepserit, veluti IV. 30: Κλέων δὲ ἐκείνῳ τε προπέμψας ἄγγελον ὡς ἥξων [καὶ] ἔχων στρατιὰν ἣν ᾐτήσατο ἀφικνεῖται ἐς Πύλον, ubi rectissime Codex Vossianus καί omittit. Cleonis verba erant: ἥξω ἔχων στρατιὰν ἣν ᾐτήσω. Itaque τε post ἐκείνῳ insiticium est. Quis nescit quam tritum sit ἔρχομαι ἔχων pro *adduco*? Hinc corrige locum V. 7: ὥστε καὶ μηχανὰς ὅτι οὐ

κατῆλθεν ἔχων ἁμαρτεῖν ἐδόκει, imo vero οὐκ ἦλθεν ἔχων.

Vidimus apud Hyperidem quoque quam proclivi errore Μ et ΛΛ confundi possint, quum pro (α)ΛΛΟΙ(ς) ΩΝ vs. 155. ΜΟΙ.ΩΝ fuerit descriptum. Ex huius rei observatione expediri poterit locus vitio affectus apud Thucyd. I. 90: ὁ μὲν ταῦτα διδάξας καὶ ὑπειπὼν τἄλλα ὅτι αὐτὸς τἀκεῖ πράξοι ᾤχετο. Componi commode nequeunt τἄλλα et τἀκεῖ, sed in τἄλλα latet ΑΜΑ, unde emergit haec lectio: καὶ ὑπειπὼν ἅμα ὅτι αὐτὸς τἀκεῖ πράξοι, quae et sententiae et usui loquendi perinde satisfacit. Admonent me haec loci pari modo corrupti VI. 9: καὶ ἧσσον ἑτέρων περὶ τῷ ἐμαυτοῦ σώματι ὀρρωδῶ νομίζων ὁμοίως ἀγαθὸν πολίτην εἶναι ὃς ἂν καὶ τοῦ σώματός τι καὶ τῆς οὐσίας προνοῆται. Sensu vacuum est in hac sententia ὁμοίως, in quo latet ὅμως, quod saepius in ὁμοίως depravatum vidi. Emendandum est: νομίζων ὅμως ἀγαθὸν πολίτην εἶναι κτέ. Quemadmodum ἅμα sic ὅμως participio subiici interdum solet, ut apud Demosthenem me alicubi legere memini: τὴν ὑμετέραν ἠδικημένων ὅμως πρᾳότητα καὶ φιλανθρωπίαν. Eodem modo scripserat Thucydides III. 111. sed scriba aut sciolus eius manum vitiavit in verbis: οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες τὸ μὲν πρῶτον καὶ πάντας ἐνόμισαν ἀπιέναι ἀσπόνδους ὁμοίως, ubi si rescripseris ἀσπόνδους ὅμως, id est, καίπερ ἀσπόνδους ὄντας, res ipsa erit perspicua et Thucydide digna lectio. Plane eodem modo loquitur Thucydides I. 9: ἐπηλύτην ὄντα ὅμως et VII. 75: ἔχουσά τινα ὅμως τὸ μετὰ πολλῶν κούφισιν.

Quam saepe deprehendimus Codicis Hyperidei scribam titubasse in articulis aut vitiandis aut male et praepostere omittendis. Quam saepe in libris Thucydideis eadem chorda oberraverint paucis exemplis ostendam. Editur VI. 91: παρὰ τοῦ [τὰ] ἀκριβέςατα εἰδότος ἀκηκόατε, vitiose admodum; dicitur enim ἀκριβῶς οἶδα, non οἶδα τἀκριβῆ. Itaque importunum articulum remove. Sine mendo legitur in vicinia cap. 93: νομίσαντες παρὰ τοῦ σαφέςατα εἰδότος ἀκηκοέναι. Contra intercidit articulus VII. 23: ταύτας τε γὰρ ἔτρεψαν καὶ ὑφ' ὧν τὸ πρῶτον ἐνικῶντο ἐν τῷ λιμένι. Requirit Atheniensium usus loquendi ut corrigatur: καὶ τὰς ὑφ' ὧν τὸ πρῶτον ἐνικῶντο. Incredibile dictu est quam saepe haec forma dicendi ab ineruditis aut scribis aut correctoribus vitiata fuerit aut interpo-

lando omnibus modis obscurata. Complura huius fraudis exempla ex uno Demosthene expromam. Edebatur pag. 50, 24: *προαπόλωλεν ἐφ' ἃ ἂν ἐκπλέωμεν*, servavit manum Demosthenis solus S., unde prodiit; *προαπόλωλε τὸ ἐφ' ὃ ἂν ἐκπλέωμεν*. Sine mendo elapsum est pag. 779, 3: *ἢ τοῖς ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἢ τοῖς ὧν ἀπέκτεινεν ὁ δῆμος τοὺς πατέρας*, sed vide quid scribae commiserint pag. 1325, 6: *εἰ μὴ πιστεύει τις αὐτῷ δεῖξειν ἐν ὑμῖν τὰ γεγενημένα περὶ ὧν ποιεῖται τὴν φάσιν*, ubi in aliis est *ταῦτα γεγενημένα* e manifesta correctione. Dindorfius auctore Dobraeo *τά* expunxit. Nollem factum, nam transponi tantum oportuit: *δείξειν ἐν ὑμῖν γεγενημένα τὰ περὶ ὧν ποιεῖται τὴν φάσιν*. Saepius vidi *τά* et *τούς* sic posita a sciolis male in *ταῦτα* et *τούτους* depravari, veluti apud Demosthenem pag. 1123, 2: *ἀφήρησαι δὲ τὴν σαυτοῦ πενθερὰν ταῦτα ἀφ' ὧν ἔζη*, sentisne *τὰ ἀφ' ὧν ἔζη* verum esse? In eadem oratione pag. 1127, 2: *ὅταν γὰρ τῷ δούλῳ συνδικῇ τὸν ἀδελφὸν ἀτιμῶν, καὶ παραπεπτωκὼς θαυμάζῃ τούτους ὑφ' ὧν αὐτῷ θαυμάζεσθαι προσῆκε*, requiritur *τοὺς ὑφ' ὧν* „*eos*, a quibus ipsum observari et coli oportebat", non *hos*. Praeterea obiter corrige *ὑποπεπτωκὼς θαυμάζῃ* pro *παραπεπτωκώς*, conf. pag. 1120, 22: *ἴσα βαίνων ἐβάδιζεν ὑποπεπτωκὼς ἐκείνῳ*, et saepe alibi *ὑποπίπτειν τινί* eo sensu recurrit. Videbis iterum *ταῦτα* pro *τά* vitiose scriptum pag. 498, 9: *πάντα μὲν εὐλαβεῖσθαι δεῖ ποιεῖν τὰ δοκοῦντα καὶ ὄντ' αἰσχρά, μάλιστα δὲ ταῦτ' ἐφ' οἷς τοῖς ἄλλοις χαλεπῶς τις ἔχων ὁρᾶται*, nam vera scriptura est *μάλιστα δὲ τὰ ἐφ' οἷς κτἑ.* Faciliore etiam medicina idem mendum sanari potest in vicinis pag. 498, 21: *εἴ τινα τῶν εὑρημένων τὴν δωρεὰν ἀνάξιον εἶναί φασιν ἢ μὴ πεποιηκότα ἐφ' οἷς εὕρετο ἔχειν κτἑ.* repetita una syllaba emenda: *πεποιηκότα* (*τὰ*) *ἐφ' οἷς εὕρετο*. Eadem opera unum locum Isocratis corrige in Euagora § 6: *οὕτω γάρ τινες δυσκόλως πεφύκασιν ὥσθ' ἥδιον ἂν εὐλογουμένων ἀκούοιεν οὓς οὐκ ἴσασιν εἰ γεγόνασιν ἢ τούτους ὑφ' ὧν εὖ πεπονθότες αὐτοὶ τυγχάνουσιν*: statim vides *ἢ τοὺς ὑφ' ὧν* reponendum esse, quemadmodum apud Thucydidem: *ταύτας τε γὰρ ἔτρεψαν καὶ τὰς ὑφ' ὧν τὸ πρῶτον ἐνικῶντο.*

Saepe suspicatus sum idem loquendi genus ab aliquo interpolatore obscuratum esse II. 34: *μία δὲ κλίνη κενὴ φέρεται*

ἐςρωμένη τῶν [ἀφανῶν] οἳ ἂν μὴ εὑρεθῶσιν ἐς ἀναίρεσιν. Subinepte enim τῶν ἀφανῶν explicatur, quasi vero quisquam nescire posset qui ἀφανεῖς in tali re et essent et dicerentur.

Articulus vitiose abundat apud Thucyd. VIII. 92: πληγεὶς — ἐν [τῇ] ἀγορᾷ πληθούσῃ, et VIII. 45: δαπανῶντες ἐς τοιαῦτα ἀφ' ὧν [ἡ] ἀσθένεια ξυμβαίνει, et aliis quibusdam locis. Contra revocandus est articulus I. 36: τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια τοῖς Ἕλλησι ναυτικά, τὸ παρ' ὑμῖν καὶ τὸ ἡμέτερον καὶ τῶν Κορινθίων, imo vero καὶ (τὸ) τῶν Κορινθίων, quod quam sit necessarium Demosthenis locus ostendere poterit pag. 1207, 9: τὰ ψηφίσματα τά τε τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, ubi rectissime Cod. S. servavit: καὶ τὰ τοῦ δήμου. Omisso articulo τὰ ψηφίσματα Senatui et populo communia fuisse dicuntur, ut ἡ ἐμὴ καὶ σὴ φιλία, ἡ ὁσία καὶ δικαία ψῆφος, et sim. Itaque τὸ ναυτικὸν τὸ ἡμέτερον καὶ τῶν Κορινθίων significat *unam* classem Corcyraeis et Corinthiis communem, contra auctoris sententiam. Nusquam facilius potest articulus necessarius e fuga retrahi quam apud Aristophanem in Nubibus vs. 65:

ἡ μὲν γὰρ ἵππον προσετίθει πρὸς τοὔνομα,
Ξάνθιππον ἢ Χαίριππον ἢ Καλλιππίδην,
ἐγὼ δὲ τ ο ῦ πάππου 'τιθέμην Φειδωνίδην.

an non sentis τὸ τοῦ πάππου esse necessarium? Contra male recepit articulum ex uno S. Dindorfius in Demosth. pag. 920, 19: πάθοιμι μένταν [τὰ] δεινότατα. Graeci dicebant δεινά et δεινότατα πάσχω. Similis error irrepserat in Isocratis Areopag. § 3: ὁρῶ τῶν πόλεων τὰς ἄριςα πράττειν οἰομένας τ ὰ κ ά κ ι ς α βουλευομένας, sed Urbinas optime τά omittit. Revocandus est articulus apud Demosth. de Corona pag. 269, 19: εἰ γὰρ Αἰακὸς ἢ Ῥαδάμανθυς ἢ Μίνως ἦν κατηγορῶν, imo vero ἦν ὁ κατηγορῶν, non enim dicit orator: *si Aeacus accusaret*, sed: *si accusator esset Aeacus*, ἀλλὰ μὴ σπερμολόγος, περίτριμμα ἀγορᾶς, et quae sequuntur. Unum locum adiiciam ex oratione eadem pag. 229, 2: προσῆγον ἐκείνους προτέρους διὰ τὸ τὴν [τῶν] συμμάχων τάξιν ἐκείνους ἔχειν, ubi facile apparet τῶν esse delendum. Macedones enim priores producebantur, ὅτι σύμμαχοι ἦσαν, et omnino τάξις, μοῖρα et sim. in tali re genitivum sine articulo postulant, οἰκέτου τάξιν ἔχων, ἐν ἐχθροῦ τάξει, ἐν πολεμίου μοίρᾳ, cett.

Quod omnibus Codicibus vetustioribus commune est, et in Hyperidis veterrimo libro saepissime factum esse vidimus, ut EI scribatur pro ι producto, idem in Thucydide nonnumquam Editoribus fraudi fuit. Scribae in ea quoque re parum sibi constant: qui passim ΚΑΛΛΕΙΟΝ, ΗΔΕΙΟΝ, ΒΕΛΤΕΙΟΝ scribunt, iidem ΚΑΛΛΙΩ et sim. subinde dederunt. Solent ΚΡΕΙΝΩ dare et ΤΕΙΜΗ et ΕΝΤΕΙΜΟΣ, et ΝΕΙΚΗ et ΝΕΙΚΑΝ, sed iidem, ut vidimus, ΝΙΚΗ scribunt, et ΕΝΙΚΗΣΕΝ, et similia. Genus hoc scribendi quamquam a sequioribus non est retentum, tamen passim incuria servarunt vetustam scripturam, praesertim in locis corruptis. Quis nescit palmariam Valckenaerii emendationem, qui e scriptura: ὅς δ' εὐγλωσσίαν εἰ καὶ σοφὸς μὲν κτέ. elicuit: ΕΥΓΛΩΣΣΙΑ ΝΕΙΚΑΙ, id est εὐγλωσσίᾳ νικᾷ, in Diatribe p. 260. sq. Plurima sic felicissime emendavit Heringa in Observatt. Crit. pag. 273. sqq. In Hermesianactis carmine apud Athen. XIII. p. 599. A. Codex Marcianus exhibet: οἰωδεχλειημενον ἔξοχον ἐχρῆν πολλῶν δ' ἀνθρώπων εἶναι σωκράτη ἐν σοφηι. Reperta est vera scriptura haec:

Οἵῳ δ' ἐχλίηνεν, ὃν ἔξοχον ἔχρη 'Απόλλων
ἀνθρώπων εἶναι Σωκράτη ἐν σοφίῃ.

Priorem partem emendavit Heringa l. l. pag. 181. reliqua Porsonus in Miscell. Crit. pag. 41. Quia χλιαίνω primam producit propterea olim ΕΧΛΕΙΗΝΕΝ scribebatur. Plurima de genere hoc Criticorum principes repererunt, cuiusmodi est πῖθι θαρρῶν pro πεῖθει, et:

λαγὼν ταράξας πῖθι τὸν θαλάσσιον,

ubi item πείθει est in libris: vide Porsoni Advers. pag. 113. Non debebant igitur Thucydidis Editores servare lectiones huiusmodi, qualis est II. 76: ἐνείλλοντες, et III. 24: ὑπονειφομένη, et IV. 103: ὑπένειφεν. Olim ΝΕΙΦΩ scribebatur, ut ΜΕΜΕΙΚΤΑΙ et ΑΜΕΙΚΤΟΣ cet. sed quia nemo hodie sic scribit, sed μέμικται et ἄμικτος, propterea νίφω quoque et ἴλλω, ἐνίλλω cet. scribendum. Vidimus autem apud Hyperidem quoque temere I et EI confundi, quamobrem in constituenda scriptura in talibus quidem nullam omnino Codicum etiam vetustissimorum rationem habendam esse satis constat. Itaque confidenter ex Thucydide λειποστράτιον et λειποψυχεῖν et

quidquid est huiusmodi expellemus, quoniam et ex analogia certa et ex Poëtarum locis compertum est haec omnia primam syllabam correptam habuisse, ut in Callimachi senario apud Scholiast. Aristoph. Av. 873:

τῇ καὶ λίπουρα καὶ μόνωτα θύεται.

nam sic legendum, non *μόνωπα*. Unum tantum mendum de genere hoc, quia lepidus est scribarum error, redarguam. In Aeginetico, qui Isocratis nomine circumfertur, legitur § 39: *τετρωμένον αὐτὸν καὶ βαδίζειν οὐ δυνάμενον ἀλλ' ὀλιγοψυχοῦντα ἀπεκόμισα ἐπὶ τὸ πλοῖον φέρων ἐπὶ τῶν ὤμων*: haec est Codicis Urbinatis scriptura *ἀλλ' ὀλιγοψυχοῦντα*, in reliquis est *ἀλλὰ λειποψυχοῦντα*. In utraque lectione aliquid veri inest, nam genuinum est: *ἀλλὰ λιποψυχοῦντα*, ut apud Thucydidem IV. 12: *τραυματισθεὶς πολλὰ ἐλιποψύχησε*, non quod editur *ἐλειποψύχησε*. Sequiorum verbum est *ὀλιγοψυχεῖν*, quod non significat *animi deliquium pati*, sed *pusilli animi esse* et *metu perculsum*. In Codd. *λόγος*, *λοιπός* et *ὀλίγος* sexcenties inter se permutantur. In ipso Hyperidis Cod. vs. 179. scriptum est ΠΑΡΗΜΕΙΝΚΑΙΤΟΙΣΛΟΓΟΙΣ pro *παρ' ἡμῖν καὶ τοῖς λοιποῖς*. Eodem modo erratur in compositis. In Graecitatis gazam et alia plura *κίβδηλα καὶ παρακεκομμένα* recepta sunt, et *Λιποδεής* in verbis *μέτριος καὶ λιποδεὴς ἀνήρ*, at tu emenda *καὶ ὀλιγοδεὴς ἀνήρ*. Eiusdem monetae est verbum *Λιποδρανεῖν* vitio natum pro *ὀλιγοδρανεῖν*. Est etiam adiectivum *Λιποδρανής*, quod ibidem circumfertur, *τοῦ πονηροῦ κόμματος* et describentium errore natum ex notissimo *ὀλιγοδρανής*.

Thucydidis oratio, qualis in Codicibus, qui supersunt, circumfertur passim sciolorum emblematis et additamentis obsita et inquinata est. Quamquam plerique libri Mss. in fronte gerunt notissimum epigramma, cuius initium est:

ὦ φίλος, εἰ σοφὸς εἶ λαβέ μ' εἰς χέρας· εἰ δὲ πέφυκας
νῆις Μουσάων ῥῖψον ἃ μὴ νοέεις.

tamen docti indoctique passim Thucydidem legebant et interpretabantur, plerique tam pueriliter ut malles bonam partem Scholiorum numquam esse in lucem editam. Et leve malum esset et aequissimo animo ferendum, si istae futiles et insulsae interpretationes et annotatiunculae in libri ora adscriptae fuis-

sent. Nunc passim insinuarunt sese in ipsam Thucydidis orationem, et interpretamenta quae in margine libri apposita contemneres nunc tibi pro ipsis verbis Thucydideis obtruduntur. Quibus constitutum est quoquo modo quod in libris est tueri et excusare, longa die veluti occallescere ad haec omnia assolent et stomacho tam duro sunt ut vel saxa concoquant. Quibuscum equidem numquam contendam, nisi sic ut identidem locos ea labe affectos indicare et redarguere pergam. Itaque nunc quoque proferam interpolationes quasdam, in quibus fraus manifesta erit omnibus, qui diu et multum Graecorum Veterum consuetudine et familiaritate usi sunt, et non serviliter Codicum Mss. auctoritatem sequuntur ac venerantur. Vide an concoquere possis VII. 45: *ὅπλα μέντοι ἔτι πλείω ἢ κατὰ τοὺς νεκροὺς ἐλήφθη. οἱ γὰρ κατὰ τῶν κρημνῶν βιασθέντες ἅλλεσθαι ψιλοὶ [ἄνευ τῶν ἀσπίδων] οἱ μὲν ἀπώλλυντο, οἱ δ' ἐσώθησαν.* Quasi vero Graeco lectori *ψιλοί* istiusmodi interpretamento indigeret. Praeterea *ἀπώλοντο* reponendum est. Non minus perspicuum emblema est V. 116. in verbis: *ὡς αὐτοῖς τὰ διαβατήρια [ἱερὰ ἐν τοῖς ὁρίοις] οὐκ ἐγίγνετο ἀνεχώρησαν.* Mirum, quum tam saepe legatur *τὰ διαβατήρια ἐγένετο*, et ipsum nomen *διαβατήρια* non nisi de *finibus* transeundis dici possit, nunc semel legentes admoneri *διαβατήρια* esse *ἱερὰ ἐν τοῖς ὁρίοις*. Alibi ea verba in Scholio leguntur, quo nemo eorum, qui Thucydidem et Xenophontem diligenter lectitare solent, ullo modo indigebat. Locus est in libro V. cap. 55: *τὰ διαβατήρια αὐτοῖς ἐγένετο*, ubi magister annotavit, *καλὰ δηλονότι*, et alius: *τὰ διαβατήρια*: *τὰ ἱερεῖα* (corrige *ἱερὰ*) *εἰς διάβασιν.*

Satin manifestum emblema est II. 13: *ἔτι δὲ Πελοποννησίων ξυλλεγομένων τε καὶ ἐν ὁδῷ ὄντων [πρὶν ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀττικήν], Περικλῆς — ὡς ἔγνω τὴν ἐσβολὴν ἐσομένην κτέ.* Scilicet utile est lectorem admoneri eum qui in itinere sit nondum illuc quo tendat pervenisse. Quam turpiter interpolatus est locus IV. 130. ubi quum Thucydides scripsisset: *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐσπεσόντες ἐς τὴν πόλιν — διήρπασαν*, adscripsit futilis magister ad *πόλιν* nomen urbis *Μένδην*, unde factum est ut hodie legatur *ἐσπεσόντες ἐς τὴν Μένδην πόλιν*, qua scriptura quid potest esse putidius? Compone mihi cum his scholia ad IV. 101. *αὐτοῦ*: *τοῦ Σιτάλκου.* IV. 102. *ἡ πόλις*: *ἡ Ἀμφί-*

πολις. IV. 103. τὸ πόλισμα: ἡ Ἀμφίπολις. IV. 104. αὐτοῖς: τοῖς Ἀμφιπολίταις. IV. 105: αὐτοῦ: τοῦ Θουκυδίδου. IV. 107. ὁ μέν: ὁ Θουκυδίδης. ὁ δέ: ὁ Βρασίδας. αὐτῷ: τῷ Βρασίδᾳ. IV. 108. σφῶν: τῶν Ἀθηναίων. IV. 110. τὴν πόλιν: τὴν Τορώνην. IV. 113. τῆς πόλεως: ἤγουν τῆς Τορώνης, et quod vel solum rem conficiat IV. 119. ἐς τὴν πόλιν: τὴν Μένδην. Ecquid vidisti quod magis esset futile et puerile quam ista sunt? Et in his ipsis quoque impingunt, ut ad IV. 120: Φασὶ δὲ οἱ Σκιωναῖοι Πελληνῆς μὲν εἶναι ἐκ Πελοποννήσου, πλέοντας δὲ ἀπὸ Τροίας σφῶν τοὺς πρώτους κατενεχθῆναι ἐς τὸ χωρίον τοῦτο. Magister annotavit de quibus σφῶν diceretur, quod tam utile quam necessarium est, ut vides. Quid igitur dedit? Nempe σφῶν: ἤγουν τῶν Πελληνῶν. Stipes τῶν Σκιωναίων certe debuerat dicere: deinde genitivum Πελληνῶν imperite finxit, nescius Πελληνεύς, Πελληνῆς, Πελληνέων Graeca esse. Quam docti sint isti interpretes ex his quoque aestima. Annotant ad IV. 109. διγλώσσων: ἀντὶ τοῦ πολυγλώσσων. IV. 113. αὐτῶν: τῶν ἀμφὶ Βρασίδαν. Minime gentium, sed τῶν Ἀθηναίων ὁπλιτῶν. IV. 115. φαύλου: μικροῦ. IV. 116. ἀνασκευάσας: ἀνοικοδομήσας. IV. 117. ἀνακωχῆς: ἤγουν διακοπῆς. Scriptura digna interpretatio: et haec vitiosa est et illa. IV. 118. ἐξευρήσομεν: ἡ ἐξ περισσή. IV. 120: ἡ περί, inquit, ἀντὶ τῆς κατά. IV. 125: ἰδεῖν, si ei credimus, in Attica significat διαλεχθῆναι. IV. 127: ἀποληψόμενοι: ἀποκόψοντες. IV. 129: ἐθορυβήθη: ἐδειλίασεν. IV. 130. ad περιοργὴς ἐχώρει deceptus vitiosa lectione annotat: περὶ ὀργῆς: ἀντὶ τοῦ ὑπὸ ὀργῆς: et mox: φοβηθέντων ἀντὶ τοῦ φοβηθέντες. Ne eum rerum quam verborum putes fuisse peritiorem, expende haec ad IV. 118: Ἀκαμαντὶς ἐπρυτάνευε: τῆς πρυτανείας ἦρχε. Πρυτανεία δὲ ἡμέρα καθ' ἣν ἔχει τις ἐξουσίαν. Atque istae quisquiliae Thucydidem interpretaturo apponuntur! Apponuntur autem? imo vero cum ipsa Thucydidis oratione coniunguntur et coalescunt. Sicubi αὐτῶν aut σφῶν aut οἱ μέν aut similia leguntur, isti nomen proprium adscribunt. Hinc factum est ut legatur hodieque IV. 114: οὐδ' ἂν σφῶν πειρασαμένους αὐτοὺς [τῶν Λακεδαιμονίων] δοκεῖν ἧσσον — εὔνους ἂν σφίσι γενέσθαι. Insulsum scholion: σφῶν: τῶν Λακεδαιμονίων irrepsit in textum, idque alieno

loco. Sunt tamen qui haec omnia pertinaciter tueantur et »satius non tangere" clament. Legitur V. 83: *ὑπῆρχε δέ τι αὐτοῖς καὶ [ἐκ τοῦ Ἄργους] αὐτόθεν πρασσόμενον*. Magister annotat: *αὐτόθεν: ἐκ τοῦ Ἄργους*. Manifestam fraudem teneri putes. Nihil eos ea res movet: *epexegesin* esse interpretantur. Equidem iis hoc tantum responderim:

σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστω, ἐμοὶ δὲ τάδε.

et transeo ad alia eiusdemmodi interpolationis exempla. Thucydides scripserat VI. 94: *καταλαμβάνουσι τοὺς ἱππέας ἥκοντας ἐκ τῶν Ἀθηνῶν — μετὰ σκευῆς ὡς αὐτόθεν ἵππων πορισθησομένων*. Putasne tu ambigi posse utrum illi equos secum adduxerint nec ne? Tamen sciolus ante *μετὰ σκευῆς* inseruit *ἄνευ τῶν ἵππων*, quod si Thucydides ipse addere voluisset omisisset certe articulum. Quam frigide in VII. 36: *τοῖς δὲ Ἀθηναίοις οὐκ ἔσεσθαι σφῶν ἐν στενοχωρίᾳ οὔτε περίπλουν οὔτε διέκπλουν. — αὐτοὶ γὰρ κατὰ τὸ δυνατὸν τὸ μὲν οὐ δώσειν [διεκπλεῖν], τὸ δὲ τὴν στενοχωρίαν κωλύσειν [ὥστε μὴ περιπλεῖν]*, quam frigide, inquam, ista quae a caeteris seclusimus sunt interposita. Pueris ista fortasse aliquem usum habent, sed non sunt illa pueris scripta. Multiplex interpolatio deturpat libri VII. caput 8: *ὁ δὲ Νικίας — ἔπεμπε καὶ αὐτὸς ἐς τὰς Ἀθήνας ἀγγέλλων πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε — μάλιστα δὲ καὶ τότε [νομίζων] ἐν δεινοῖς τε εἶναι καὶ — οὐδεμίαν εἶναι σωτηρίαν*, Nicias haec non apud animum suum *cogitabat*, sed diserte ad cives suos *perscripsit*, ut manifestum est. Exime igitur insiticium *νομίζων*. Eiusdemmodi fulcra scioli et alibi orationi ruenti, ut ipsis quidem videbatur, supponebant, veluti VIII. 2: *καὶ ἅμα [ἡγούμενοι] βραχὺν ἔσεσθαι τὸν λοιπὸν πόλεμον*, et IV. 108: *τότε δὲ ῥᾴδια ἤδη [ἐνομίζετο] γεγενῆσθαι*, ubi in aliis *ἐνόμιζεν* aut *ἐνόμιζον* scriptum est, sed dudum viris doctis fallacia suboluit. Deinde postquam dixerat Niciam litteras dedisse ad populum sic pergit: *καὶ οἱ μὲν ᾤχοντο φέροντες, [οὓς ἀπέστειλε,] τὰ γράμματα [καὶ ὅσα ἔδει αὐτοὺς εἰπεῖν], ὁ δὲ κτέ.* Sciolo debentur verba *οὓς ἀπέστειλε*, quae et stulte abundant et alienissimo loco inserta sunt. Non multo saniora sunt vicina: *καὶ ὅσα ἔδει αὐτοὺς εἰπεῖν*, quae suspensa sunt nec habent quo referantur, ne dicam Niciam diligenter perscripsisse *omnia*, cavens *ὅπως μὴ ἡ αὐτοῦ γνώμη ἐν τῷ ἀγγέλῳ ἀφανισθῇ*. In

praecedenti capite VII. 7. nescio quis importunum participium *συλλέξων* de suo addidit his verbis: *ὁ Γύλιππος ἐς τὴν ἄλλην Σικελίαν ἐπὶ ϛρατιὰν ᾤχετο καὶ ναυτικὴν καὶ πεζὴν* [*συλλέξων*], namque *ἰέναι ἐπί τι* et *ἐπί τινα* apud veteres non fert ista additamenta, quae sequiores requirebant, quum *ἰέναι ἐπί τι* et *ἐπί τινα ἰέναι* olim in desuetudinem abiissent. Nonnumquam vidi *ληψόμενος* a sciolis in tali re additum aut *ζητῶν* aut aliud quid huiusmodi. Atheniensibus solemne erat dicere, ut Aristophanes loquitur apud Photium v. *ἦα*:

ἐπεὶ δ' ἐγενόμην οἶπερ ἦ' ἐπὶ ξύλα.

et sic apud Thucydidem emendate legitur IV. 13: *ἐπὶ ξύλα ἐς μηχανὰς παρέπεμψαν τῶν νεῶν τινας ἐς Ἀσίνην.* Hinc non difficile est emblema deprehendere in libro VI. 53: *καὶ καταλαμβάνουσι τὴν Σαλαμινίαν* [*ναῦν*] *ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἥκουσαν ἐπί τε Ἀλκιβιάδην* [*ὡς κελεύσοντας ἀποπλεῖν*] *καὶ ἐπ' ἄλλους τινάς.* Qui perinepte addidit *ὡς κελεύσοντας ἀποπλεῖν* neque intellexit quid esset *ἥκουσαν ἐπ' Ἀλκιβιάδην*, et quum locum interpretari vellet verbis usus est parum ad rem accommodatis. Quod praeterea *ναῦν* seclusimus, quis non meminit Attice dici *ἡ Σαλαμινία*, et *ἡ Πάραλος*? Si quid addere voluissent *τριήρης*, non *ναῦς*, addidissent. Remove idem vitium e VI. 61: *πέμπουσιν οὕτω τὴν Σαλαμινίαν* [*ναῦν*], et VIII. 74: *τὴν δὲ Πάραλον* [*ναῦν*] *ἀποπέμπουσιν οἱ Σάμιοι.*

Quatuor verba sciolus nescio quis interpolavit I. 50: *πολλῶν γὰρ νεῶν οὐσῶν ἀμφοτέρων καὶ ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάσσης ἐπεχουσῶν, ἐπειδὴ συνέμιξαν ἀλλήλοις οὐ ῥᾳδίως τὴν διάγνωσιν ἐποιοῦντο* [*ὁποῖοι ἐκράτουν ἢ ἐκρατοῦντο*]. Quae seclusimus et vitiose abundant neque Thucydideae dictionis referunt colorem. Praeterea *ὁποῖοι* positum pro *ὁπότεροι* vel *οἵτινες* a Veterum usu prorsus abhorret. Denique ea verba sententiae repugnant et a naturae veritate discedunt. Non erat enim difficile dignoscere *qui vincerent aut vincerentur*, sed (ut utar verbis *τοῦ δειλοῦ* apud Theophrastum Charact. XXV.) *ἔργον ἦν διαγνῶναι ὁπότεροι εἶεν οἱ πολέμιοι.*

Multum exercuit multos etiam Veterum locus Thucydidis I. 10: *καίτοι Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται* (*οἱ Λακεδαιμόνιοι*), *τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται καὶ τῶν ἔξω* [*ξυμμάχων*] *πολλῶν.* Primum omnium expunge molestum emblema *ξυμμά-*

χων. Spartani, ut opinor, ἡγοῦντο τῶν ξυμμάχων ἁπάντων καὶ τῶν ἐντὸς Πελοποννήσου καὶ τῶν ἔξω. Sed non hoc dicit Thucydides, sed ὅτι τῶν τε Πελοποννησίων ἁπάντων τὴν ἡγεμονίαν εἶχον καὶ πολλῶν τῶν ἔξω. Res ipsa loquitur fuisse illos omnes ξυμμάχους τῶν Λακεδαιμονίων, sed verba Thucydidis non ferunt hoc additamentum, quod in oram libri est ablegandum. In verbis Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται miro errore lapsus est Pausanias, qui deinde alios in eiusdem erroris societatem pertraxit. Pausanias enim satis indocte ea verba sic accepit quasi revera tota Peloponnesus esset *in quinque partes divisa*, et commenta quaedam laboriose excogitavit ut istiusmodi divisionem reapse olim obtinuisse demonstraret. Pausaniae haec verba sunt in libro V. I. 1: Ὅσοι δὲ Ἑλλήνων Πελοποννήσου πέντε εἶναι μοίρας καὶ οὐ πλείονάς φασιν, ἀνάγκη σφᾶς ὁμολογεῖν ὡς ἐν τῇ Ἀρκάδων οἰκοῦσιν Ἠλεῖοι καὶ Ἀρκάδες, δευτέρα δὲ Ἀχαιῶν, τρεῖς δὲ ἐπὶ ταύταις αἱ Δωριέων. Quod addidit καὶ οὐ πλείονας, ut vides, ipse de suo finxit, et non cogitavit quam parum apte Thucydides eo sensu τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας dixisset, ne dicam absurdum esse Eleos Arcadiae attribuere. Thucydides de his ne cogitavit quidem, sed hoc dixit: si Peloponnesus in *quinque* partes aequales divideretur, earum *duas* partes esse Spartanorum. Nos multo commodius idem et dicimus et notamus ($\frac{2}{5}$). Omnem dubitationem tibi eximet locus Aristotelis plane gemellus in Politicis II. VI: ἔστι δὲ καὶ τῶν γυναικῶν σχεδὸν τῆς πάσης χώρας τῶν πέντε μερῶν τὰ δύο, nam istic quidem nulla est dubitatio quin illae dicantur agri totius *duas quintas* partes possidere.

Subridicule legitur I. 96: καὶ Ἑλληνοταμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέστη ἀρχή, οἳ ἐδέχοντο τὸν φόρον. Huius loci vitium optime deprehendes ex alterius loci comparatione, qui plane eadem labe inquinatus est in libro IV. 53: Κυθηροδίκης [ἀρχὴ] ἐκ τῆς Σπάρτης διέβαινεν αὐτόσε κατ' ἔτος. Nempe is ipse, qui insulae praeerat (*praefectum ad iura reddenda* Romani dixerint) appellatur Κυθηροδίκης eadem forma, qua οἱ Ἑλλανοδίκαι sunt appellati. Apparet igitur ἀρχή ab aliquo lectore in margine annotatum oscitanter in Thucydidis orationem esse receptum. Vetus is est Interpretum error, ut apparet ex

Hesychio: Κυθηροδίκης: ἀρχή τις τὰ ξενικὰ διοικοῦσα, sic enim rectissime glossam corruptam Κυθηροδίη: ἀρχή τις κτέ. restituit Dindorfius ad Steph. Thesaurum, sed festinans ab urbe Cretica nomen repetiit. Vides quam graviter impegerit is, qui Thucydidis locum olim sic est interpretatus, quum debuisset dicere Κυθηροδίκης: ἄρχων τις τὰ ἐν Κυθήροις διοικῶν. Intelligis igitur ad Κυθηροδίκης adscripsisse nescio quem ἀρχή, quod satis diu doctos homines ludificatum esse videtur. Eodem modo interpolatus est alter locus, ubi ad Ἑλληνοταμίαι adscriptum ἀρχή et in verba scriptoris invectum effecit ut κατέστησαν [ἀρχή] ab aliquo sciolo in κατέστη ἀρχή refingeretur. Itaque genuinum est: καὶ Ἑλληνοταμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέστησαν, οἳ ἐδέχοντο τὸν φόρον.

Ludimagister interpolavit Regis epistolam I. 129. sed tanto opere eius obscura diligentia ab Asiatica oratione tumidiore discrepat ut non difficile sit fraudem deprehendere. Xerxes enim sic scripserat: Ὧδε λέγει βασιλεὺς Ξέρξης Παυσανίᾳ· καὶ τῶν ἀνδρῶν, οὕς μοι πέραν θαλάσσης ἔσωσας, κεῖταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος. Maleferiatus homo adscripsit ἐκ Βυζαντίου, itaque hodie Rex Persarum scripsisse creditur: οὕς μοι πέραν θαλάσσης [ἐκ Βυζαντίου] ἔσωσας, ad quae difficile est non subridere. Xerxes ipse Byzantium, ut probabile est, ne nomine quidem noverat.

In verbis Themistoclis ad regem Admetum I. 136. duplex emblema et sententiam impedit et Graece loquentium usui repugnat. Admetum rogat Themistocles ne se exulem et rerum omnium inopem ulciscatur, si quid ei antea Athenis fuerit adversatus: γενναῖον δὲ εἶναι [τοὺς ὁμοίους] ἀπὸ τοῦ ἴσου τιμωρεῖσθαι, ubi τοὺς ὁμοίους ex interpolatione natum esse suspicor: neque enim eo sensu τοὺς ὁμοίους Veteres dixisse arbitror, et omnia sunt ἐν τῷ ἀπὸ τοῦ ἴσου τιμωρεῖσθαι. Post pauca addit: ἐκεῖνον δ' ἄν, εἰ ἐκδοίη αὐτόν, σωτηρίας ἂν [τῆς ψυχῆς] ἀποστερῆσαι. Tantum non idem est σωτηρίας ἀποστερεῖν et ἀποστερεῖν τῆς ψυχῆς, utrumque enim significat ἀπολλύναι, nisi quod illud est alicui *perniciem* per alios *afferre*, et τῆς ψυχῆς ἀποστερεῖν is dicitur qui ipse alicui *vitam eripit*. Ut vero utrumque coniungeretur id nullo prorsus pacto fieri potuit.

Si hoc ages non difficulter agnosces stulte interstrepentem Graeculum in libro I. 137: καὶ τὴν τῶν γεφυρῶν [ἣν ψευδῶς προσεποιήσατο] τότε δι' αὐτὸν οὐ διάλυσιν. Dabis mihi, ut opinor, illa Themistoclem ipsum in Epistola ad Artaxerxem non addidisse. Superest igitur ut Thucydides ea adiicienda putaverit, quod ridiculum est. Vel ipsa Graecitas fraudem satis arguit. Num tu putas Thucydideae aetatis esse προσποιοῦμαι τὴν οὐ διάλυσιν, et (quod bellissimum est) ψευδῶς προσποιοῦμαι, quasi nonnumquam ὡς ἀληθῶς, vel ὄντως, aliquid *simulari* soleret?

In capite 144, ut saepe, corruptelam futilis interpolatio consecuta est. Scire velim quo sensu dicatur: οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει ἐν ταῖς σπονδαῖς οὔτε τόδε. Antiqua et proba lectio ΠΩΛΥΕΙ in κωλύει oscitanter depravata has turbas dedit. Quum scripsisset Thucydides: οὔτε γὰρ ἐκεῖνό πω λύει τὰς σπονδὰς οὔτε τόδε, et semel κωλύει vitio natum esset, incrustarunt reliqua. In iis quae sequuntur dele καί in: [καὶ] ὅταν κἀκεῖνοι, et in verbis: σφίσι [τοῖς Λακεδαιμονίοις] ἐπιτηδείως insulsum scholion expelle foras.

Inficetum admodum et putidum additamentum adhaesit verbis Thucydidis I. 6: τὸ δὲ παλαιὸν καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες [περὶ τὰ αἰδοῖα] οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο, καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐξ οὗ πέπαυται. Irrepserunt verba spuria quo tempore neque διάζωμα neque περίζωμα amplius essent in usu. Attici diligenter τὸ διάζωμα καὶ τὸ περίζωμα distinguebant. Appellabant διάζωμα *subligaculum*, quo athletae pudenda velabant, περίζωμα apud eos est τῶν μαγείρων, quo etiam nunc induti artem coquinariam exercent. Iactat se coquus apud Hegesippum Athenaei pag. 290. B. ὅτι τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς εὕρηκεν,

> οὐ γὰρ παρέργως ἔμαθον ἐν ἔτεσιν δυσὶν
> ἔχων περίζωμ', ἀλλὰ πάντα τὸν βίον.

Ex antiquo scriptore sumtum est quod narrat Plutarchus in Regum Apophth. p. 182. D. dixisse Antigonum quum Aristodemus ἐκ μαγείρου γεγονέναι δοκῶν garriendo eum enecaret: οἱ λόγοι σου, inquit, περιζώματος ὄζουσιν. Latine dixeris: *culinam redolent.* Similiter quod apud Dionysium Halic. de Dinarcho p. 630, 9. legitur: τοῖς μὴ ἐκ περιζώματος ἀσκοῦσι

ῥητορικήν, id est »iis qui non *ex coquis* repente oratores fiunt.” Sequiores pro διάζωμα coeperunt περίζωμα dicere, vide Pausan. I. 44. 1. et passim apud alios eo sensu περίζωμα occurrit. Ut semper antiquorum usus sanior est, sic διάζωμα rectius *subligaculum* denotat quam περίζωμα. Quum autem constet esse διάζωμα: τὸ περὶ τὰ αἰδοῖα σκέπασμα, ut Suidas loquitur, vel, ut Gregorius Corinth. apud Thucyd. Intt. scribit: διάζωμα δέ ἐςιν ὃ περὶ τὰ αἰδοῖα ἐφόρουν οἱ ἀγωνιζόμενοι, facillime apparet nil nisi διαζώματα ἔχοντες a Thucydide ipso profectum esse, ut de coquo dicitur περίζωμα ἔχων. Praeterea assentior Reiskio πέπαυνται reponenti; itaque haec mihi est proba et sincera lectio: διαζώματα ἔχοντες οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο, καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐξ οὗ πέπαυνται, nempe τοῦτο ποιοῦντες, ut in lepidissimo Timonis Phliasii versiculo apud Athenaeum p. 281. E.

ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.

Apud Thucydidem I. 35: ἀλλὰ μάλιςα μὲν [εἰ δύνασθε] μηδένα ἄλλον ἐᾶν κεκτῆσθαι ναῦς, εἰ δὲ μή, ὅςις ἐχυρώτατος, τοῦτον φίλον ἔχειν, interpolatori debentur verba εἰ δύνασθε. Solent μάλιςα μέν — εἰ δὲ μή ita componi ut in priore membro εἰ οἷόν τε, εἰ δυνατόν, aut huiusmodi quid cogitando supplendum sit, non diserte addendum. Eadem labes inficit Demosthenem in Orat. LVII. 1: μάλιςα μὲν [εἰ δυνατόν] — εἰ δὲ μή κτέ. Affini mendo μάλιςα δή interpolatum est IV. 55: ἔς τε τὰ πολεμικά, εἴπερ ποτέ, [μάλιςα δή] ὀκνηρότεροι ἐγένοντο. Non tantum εἴπερ ποτέ, sed comparativus etiam ὀκνηρότεροι additum μάλιςα δή respuit. Solent εἴπερ ποτέ, εἴπερ πώποτε, εἴπερ ποτὲ καὶ νῦν animose dici pro μάλιςα aut μάλιςα δή. vid. Bergler. ad Aristoph. Pacem vs. 302. Quis sanus igitur illis μάλιςα δή interponat?

Ex dittographia natum est emblema I. 70: εἴ τις αὐτοὺς ξυνελὼν φαίη πεφυκέναι ἐπὶ τῷ μήτε αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν μήτε τοὺς ἄλλους [ἀνθρώπους] ἐᾶν, ὀρθῶς ἂν εἴποι. Vidimus saepe alibi ΑΛΛΟΥΣ et ΑΝΟΥΣ confusa: nunc utraque lectio male coaluit.

Elegantem ellipsin restitue I. 87: ὅτῳ μὲν ὑμῶν δοκοῦσι λελύσθαι — ὅτῳ δὲ μὴ [δοκοῦσιν]. Solent talia Veteres non ite-

rare, sed sequiorum temporum magistri male seduli quod omissum est inconcinne explent.

Inutile fulcrum orationi subditum obscurat Thucydidis locum I. 72: δηλῶσαι δὲ περὶ τοῦ παντὸς ὡς — ἐν πλείονι σκεπτέον, καὶ ἅμα τὴν σφετέραν πόλιν [ἐβούλοντο] σημῆναι ὅση εἴη δύναμιν. Ipsa loci compositio recte perspecta emblema redarguit. Quod post pauca legitur: νομίζοντες μᾶλλον ἂν αὐτοὺς ἐκ τῶν λόγων πρὸς τὸ ἡσυχάζειν τραπέσθαι [ἢ πρὸς τὸ πολεμεῖν], vides voluisse nescio quem μᾶλλον interpretari, sed otioso et insipido interpretamento non utimur.

In libro I. 120. ubi dixisset Thucydides: πολλὰ κακῶς γνωσθέντα — κατωρθώθη, iis haec opponit: καὶ ἔτι πλέω [ἃ] καλῶς δοκοῦντα βουλευθῆναι ἐς τοὐναντίον [αἰσχρῶς] περιέστη, in quibus ἃ expungendum esse multi censuerunt, quibus prorsus assentior, sed αἰσχρῶς quoque eadem litura est delendum. Qui αἰσχρῶς addidit mihi locum non satis intellexisse videtur: ἐς τοὐναντίον περιέστη verbo κατωρθώθη respondet et significat ἡμαρτήθη et ἠτυχήθη. Nemini umquam in Graecia τὰ καλῶς βεβουλευμένα ὑπὸ τῆς τύχης μὴ κατορθωθέντα αἰσχύνην ἤνεγκεν, quamobrem adverbio αἰσχρῶς nullus locus est. Obiter restitue VI. 13: κατορθοῦται in verbis: ἐπιθυμίᾳ μὲν ἐλάχιστα κατορθοῦται, προνοίᾳ δὲ πλεῖστα, ubi κατορθοῦνται libros omnes obsidet. In qua re quis Graece dicitur ἁμαρτάνειν, ἀτυχεῖν, ἐπιτυγχάνειν, κατορθοῦν, κινδυνεύειν, ea res ipsa noto Graecorum usu dicitur ἡμαρτῆσθαι, ἠτυχῆσθαι, ἐπιτετεῦχθαι, κατορθοῦσθαι, κινδυνεύεσθαι cet. Hinc emendari potest locus Demosthenis in Orat. XXX. 16: διὰ ταῦτ' ἐξ ἀρχῆς ὀφείλειν εἵλετο, ἵνα μὴ κινδυνεύοι ἡ προίξ. *Dos ipsa* κινδυνεύειν non potest, itaque adde unam litterulam: ἵνα μὴ κινδυνεύοιθ' ἡ προίξ. Emendate scriptum est in eadem Orat. § 10: τὴν οὐσίαν τὴν οὕτω κινδυνευθήσεσθαι μέλλουσαν; et in Orat. XXXIV. 28: τὰ χρήματα ἤδη κινδυνεύεται τῷ δανείσαντι. Scribis deberi scripturas, qualis est ἐλάχιστα κατορθοῦνται, ἐγένοντο τάλαντα ἑκατόν et sim. Porsonus ad Eurip. Hecub. in Addend. ad vs. 1141. docuit.

Et corruptus et interpolatus est locus in Periclis oratione II. 40: οὐ τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις βλάβην ἡγούμενοι ἀλλὰ μὴ προδιδαχθῆναι μᾶλλον λόγῳ πρότερον [ἢ] ἐπὶ ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν. De eo loco uberius dicendi alias mihi occasio dabitur:

nunc tantum lectionem proferam, quae omnes verborum et sententiae difficultates removebit. Interpolatum est ἢ in πρότερον ἢ, quod pro πρὶν ἢ poni non potest, et infinitivus προδιδαχθῆναι in verbis obscuris et intricatis in participii locum subrepsit. Perspicuum et rei accommodatum est: ἀλλὰ μὴ προδιδαχθέντες μᾶλλον λόγῳ πρότερον ἐπὶ ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν. Dicuntur a Pericle cives sui βλάβην ἡγεῖσθαι μὴ πρότερον λόγῳ προδιδαχθέντες ἔργῳ χωρεῖν ἐφ' ἃ δεῖ. Dicuntur ad rem gerendam accedere nolle priusquam oratione quid ageretur edocti essent. Coniungenda esse μὴ πρότερον προδιδαχθέντες facile intelligitur. Προδιδάσκειν in Attica plane idem esse atque apud alios διδάσκειν certum est. In Nubibus vs. 987. ex Ravennate male revocata est vitiosa lectio:

σὺ δὲ τοὺς νῦν εὐθὺς ἐν ἱματίοισι διδάσκεις ἐντετυλίχθαι.

Cuius aures istiusmodi numeros ferre possunt? Brunckio, Criticorum omnium elegantissimo, obtemperatum oportuit ἐν ἱματίοις προδιδάσκεις reponenti et usum verbi Attici luculenter aperienti. Thucydides autem πρότερον etiam cum illis verbis coniungit, in quibus πρό *ante* significat, ut in VI. 57: ἐβούλοντο πρότερον, εἰ δύναιντο, προτιμωρήσασθαι, ubi sunt qui τιμωρήσεσθαι bene Graece dici posse rati ex Codd. receperunt. Qui aut nesciunt aut non credunt probe scientibus in Codd. Mss. futuri temporis et aoristi formas perpetuo permisceri etiam manifesta menda non deprehendunt. Legitur apud Thucyd. VI. 56: περιέμενον δὲ Παναθήναια τὰ μεγάλα, ἐν ᾗ μόνον ἡμέρᾳ οὐχ ὕποπτον ἐγίγνετο ἐν ὅπλοις τῶν πολιτῶν τοὺς τὴν πομπὴν πέμψαντας ἀθρόους γενέσθαι. Ea res *ante pompam* nemini suspicionem movebat, sed *post pompam*, quum alii dilaberentur, alii ornamenta et arma deponerent, non poterat non suspiciosum videri. Itaque πέμψοντας verum est. Queritur Longinus in Epist. ad Porphyrium p. 186. Weisk. se non habere librarios qui Codices describant: τῶν γὰρ γραψάντων τοσαύτη σπάνις ἐνταῦθα καθέστηκεν, inquit. Sed nihil hoc, credo, curabat. Emenda τῶν γραψόντων.

Emblema ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensum III. 52. tamen homines docti retinent in verbis: βίᾳ μὲν οὐκ ἐβούλετο ἑλεῖν, εἰρημένον [γὰρ ἦν] αὐτῷ ἐκ Λακεδαίμονος κτέ. Scripserat Thucydides eodem modo, quo Aristophanes in Lysistr. 13:

εἰρημένον δ' αὐταῖς ἀπαντᾶν ἐνθάδε
εὕδουσι κοὐχ ἥκουσιν.

et ipse Thucydides VII. 18: εἰρημένον ἐν ταῖς πρότερον ξυνθήκαις ὅπλα μὴ ἐπιφέρειν — οὐχ ὑπήκουον, et saepius Plato et alii sic loquuntur. Fraudem detegit Scholiasta qui annotat: Ἀντίπτωσις, ἤτοι αἰτιατικὴ ἀντὶ γενικῆς. Facessere istos cum sua antiptosi iubeas, sed utile est observare quos Veterum locos ex illa perversa opinione interpolaverint. Platonis locum in Rep. I. p. 337. E. eadem labe affectum viri docti sanaverunt. In libris est: πῶς γὰρ ἄν τις ἀποκρίναιτο πρῶτον μὲν μὴ εἰδὼς —, ἔπειτα, εἴ τι καὶ οἴεται περὶ τούτων, ἀπειρημένον αὐτῷ [εἴη] ὅπως μηδὲν ἐρεῖ; Expuncto εἴη ordine, ut vides, procedunt omnia.

Insiticia copula sententiae nocet IV. 22. ubi Cleon, Spartanorum legatos increpat λέγων γιγνώσκειν μὲν καὶ πρότερον οὐδὲν ἐν νῷ ἔχοντας δίκαιον αὐτούς, σαφὲς δ' εἶναι [καὶ] νῦν, namque satis apparet eum hoc dicere: ἦν μὲν καὶ πρότερον οὐκ ἄδηλον, νῦν δ' ἐστὶ σαφές. Ipsa oppositio voculam καί expellit.

In eodem libro IV. cap. 25. iterum molesta copula attentum lectorem offendet in his: ἰδόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι [καὶ] ἀποβάντες ἀπὸ τῶν νεῶν ἐβοήθουν. Poterat dicere ἰδόντες ἀπέβησαν καὶ ἐβοήθουν, sed more Graecis usitato prius verbum finitum in participium vertitur, ut in μολὼν λαβέ pro μόλε καὶ λαβέ et in aliis sexcentis. Nullus igitur copulae locus relinquitur.

Est in loco vicino vitium, quod statim animadverti et corrigi poterit si quis Codicis Hyperidei scripturas observaverit. Vulgata scriptura est IV. 26: ἀθυμίαν τε πλείστην ὁ χρόνος παρεῖχε παρὰ λόγον ἐπιγιγνόμενος. In Codd. non sic sed ΕΠΙΓΕΙΝΟΜΕΝΟΣ scribi solebat, ut apud Hyperidem vidimus ΓΕΙΝΕΤΑΙ et ΓΕΙΝΟΜΕΝΑΣ. In ea scriptura Γ et Τ confusa sunt more pervulgato: itaque vera lectio emicat, quae est παρὰ λόγον ἐπιτεινόμενος.

In IV. 26. sciolus non intellecto usu loquendi Atticorum de suo praepositionem inseruit in his: οἱ Εἵλωτες ἀπαίροντες [ἀπὸ] τῆς Πελοποννήσου ὁπόθεν τύχοιεν. Si genitivum ex ὁπόθεν pendere sensisset, potuisset hac correctiuncula supersedere.

Gravius etiam peccarunt IV. 27: καὶ ἐς Νικίαν τὸν Νικηράτου στρατηγὸν ὄντα ἀπεσήμαινεν ἐχθρὸς ὢν [καὶ ἐπιτιμῶν], ubi vitiose

interponi *καὶ ἐπιτιμῶν* docent ea quae continuo sequuntur: *ῥᾴδιον εἶναι παρασκευῇ, εἰ ἄνδρες εἶεν οἱ ϛρατηγοὶ, πλεύσαντας λαβεῖν τοὺς ἐν τῇ νήσῳ,* quae non reprehensionem sed *aculeum* in Niciam continent, et verbo *ἀπεσήμαινεν* optime conveniunt, participio *ἐπιτιμῶν* non item. Praeterea quam mirifice copulantur *ἐχθρὸς ὢν καὶ ἐπιτιμῶν.*

In capite 28. in verbis *τῶν Ἀθηναίων τι ὑποθορυβησάντων* scioli scitam locutionem Atticam transpositione pessumdederunt. Repone: *ὑπό τι θορυβησάντων,* ut in fragmento Xenarchi apud Athenaeum pag. 693. C. ubi in archetypo Marciano scriptum est: *ὡσεύποτινυϛάζειν γεκαυτοσάρχομαι* pro:

ὡς ὑπό τι νυϛάζειν γε καὐτὸς ἄρχομαι.

Haud scio an alii intelligant haec verba II. 17: *διὰ τὸν πόλεμον —, ὃν οὐκ ὀνομάζον τὸ μαντεῖον προήδει μή ἐπ' ἀγαθῷ ποτε αὐτὸ (τὸ χωρίον) κατοικισθησόμενον,* equidem *τὸ μαντεῖον προήδει* nullo modo capere aut ferre possum. Si recte cerno facilis parata medicina est: suspicor enim ΠΡΟΗΙΔΕ fuisse in libris vetustis, idque a stolido scriba in *προήδει* refictum esse, quum dedisset Thucydides: *τὸ μαντεῖον πρ.ο ᾖδε μὴ ἐπ' ἀγαθῷ ποτε κτέ.* Quam recte oraculum ipsum *ᾄδειν* dicatur notum est. Felicissima in paucis emendatione Naekius restituit versiculum Phoenicis Colophonii apud Athen. p. 530. F. ubi in Marciano est:

ὅκου νῖνοσ νῦν ἐϛι καὶ τοσῆμα ἴδει,

in apographis: *σῆμ' ἰδεῖν* et *σῆμ' ἴδε.* Naekius verum vidit et emendavit:

ὅκου Νίνος νῦν ἐϛι καὶ τὸ σῆμ' ᾄδει.

scriptura ΤΟΣΗΜΑΙΔΕΙ peperit errorem.

In IV. 29: *τὴν ἀγωγὴν διὰ τάχους ἐποιεῖτο* satis certum est Thucydidem *τὴν ἀναγωγήν* dedisse, et post pauca in verbis: *πυνθανόμενος τὴν διάβασιν αὐτὸν ἐς τὴν νῆσον διανοεῖσθαι* propter *ὁμοιοτέλευτον* infinitivus excidit. Supple: *τὴν διάβασιν — διανοεῖσθαι (ποιεῖσθαι).*

In cap. 38. tenemus manifestum interpolatorem in verbis: *καὶ ἐκείνων μὲν οὐδένα ἀφέντων, αὐτῶν δὲ [τῶν Ἀθηναίων] καλούντων ἐκ τῆς ἠπείρου κήρυκας,* nam ubi compereris *ἐκείνων* esse *τῶν Ἀθηναίων* (et est id perspicuum) fraus perpluit.

In cap. 41. dicuntur Lacedaemonii fuisse *ἀμαθεῖς ἐν τῷ*

πρὶν χρόνῳ λῃστείας, quo quid dici potest mendacius? Solebant illi, si qui alii, hostium agros depopulari et *λῃστεύειν*, sed non solebant ipsi *λῃστεύεσθαι*, quod quum Thucydidem dixisse appareat, pro *ἀμαθεῖς*, quod aperte vitiosum est, tu *ἀπαθεῖς* restitue. Erat ea res Lacedaemoniis non *μάθημα* sed *πάθημα*, ut opinor. Crebro admodum M et Π permiscentur, praesertim in *μαθών* et *παθών*.

Tralaticium mendum exime e lib. IV. 59: *τὰ γὰρ ἴδια ἕκαστοι εὖ βουλευόμενοι δὴ θέσθαι — ἐπολεμήσαμεν.* Quum constet perpetuo scribarum errore *βούλομαι* et *βουλεύομαι* inter se stulte confundi dubitasne quin *εὖ βουλόμενοι δὴ θέσθαι* verum sit?

In IV. 67: *καὶ ᾔσθετο οὐδεὶς εἰ μὴ [οἱ ἄνδρες] οἷς ἐπιμελὲς ἦν εἰδέναι τὴν νύκτα ταύτην.* Expuncto *οἱ ἄνδρες* oratio scribendi morem Thucydideum referet. Post pauca spurium est *οὗτοι* in verbis: *οἱ προδιδόντες τῶν Μεγαρέων [οὗτοι] τοιόνδε ἐποίησαν.*

In libro II. cap. 56: *ἔτι δ' αὐτῶν ἐν τῷ πεδίῳ ὄντων [πρὶν ἐς τὴν παραλίαν γῆν ἐλθεῖν] ἑκατὸν νεῶν ἐπίπλουν τῇ Πελοποννήσῳ παρεσκευάζετο.* Confutat emblema et res ipsa, et quod praecedit paulo ante cap. 55: *ἐπειδὴ ἔτεμον τὸ πεδίον παρῆλθον ἐς τὴν Πάραλον γῆν καλουμένην*, et quod statim sequitur cap. 56: *ὅτε δὲ ἀνήγετο ἡ στρατιὰ αὕτη Ἀθηναίων Πελοποννησίους κατέλιπον τῆς Ἀττικῆς ὄντας ἐν τῇ παραλίᾳ.* In extremo cap. 55: *Περικλῆς δὲ στρατηγὸς ὢν καὶ τότε περὶ τοῦ μὴ ἐπεξιέναι [τοὺς Ἀθηναίους] τὴν αὐτὴν γνώμην εἶχεν*, interpolatum est *τοὺς Ἀθηναίους*. Pericles ipse *στρατηγὸς ὢν ἐπεξιέναι οὐκ ἠξίου.* In talibus Praetor *ipse* dicitur pugnare aut velle aut nolle, et nemo in tali re dixerit Praetorem *cives suos* manum conserere noluisse.

In libro V. cap. 8: *τῶν γὰρ Ἀθηναίων ὅπερ [ἐστράτευε] καθαρὸν ἐξῆλθε καὶ Λημνίων καὶ Ἰμβρίων τὸ κράτιστον*, velim scire quid in tali loco inter *στρατεύειν* et *ἐξιέναι* intersit, et omnino quid sibi ista velint: *ὅπερ ἐστράτευε καθαρὸν ἐξῆλθεν.* Restituta Attica forma *ὅ τι περ* pro *ὅπερ* et resecto emblemate *ἐστράτευεν* exibit scriptura Thucydide digna haec: *τῶν γὰρ Ἀθηναίων ὅ τι περ καθαρὸν ἐξῆλθε*, quod dicitur eodem fere sensu atque *ὅ τι περ ἄνθος*, *ὅ τι περ ὄφελος*, *ὅ τι περ κεφάλαιον* et sim

Sic *flos et robur* civium Atticorum ad id bellum profectum esse dicitur, quemadmodum *Λημνίων καὶ Ἰμβρίων τὸ κράτιςον.*

Sed desinam in ipso Hyperide, a quo omnis haec disquisitio profecta est. Duo sunt apud Demosthenem loci male habiti, quibus Hyperides commode subvenire poterit. In Demosthenis Orat. XIX. 179. pag. 397, 14. editur: *ἁπλοῦς γάρ ἐσθ' ὁ μέλλων λόγος οὑτοσὶ πρὸς ὑμᾶς ἤδη*, et in Orat. XX. 74: p. 479, 7: *καὶ πρὸς Διός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδεὶς φθόνῳ τὸ μέλλον ἀκούσῃ, ἀλλ' ἂν ἀληθὲς ᾖ σκοπείτω.* Quid sit *ὁ μέλλων χρόνος* novimus et *τὸ μέλλον φοβεῖσθαι* et similia omnia, sed *ὁ μέλλων λόγος* et *ἀκούειν τὸ μέλλον* neque dici solet neque intelligi potest. In tali re Atheniensibus in ore est id quod Hyperides statim ab initio dixit: *Τῶν μὲν λόγων τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ κτέ.* quamobrem supplendum est: *ἁπλοῦς γάρ ἐσθ' ὁ μέλλων ῥηθήσεσθαι λόγος οὑτοσὶ πρὸς ὑμᾶς ἤδη*, et: *μηδεὶς φθόνῳ τὸ μέλλον ῥηθήσεσθαι ἀκούσῃ.*

Denique ipsius Hyperidis locum paullo melius quam supra feci constituere et explere conabor. Quod enim in vs. 174. laceri libri lacinias sic explevi:

ΚΑΙΤΩΝΤ*ελευτησάντων*
ΕΝΤΩΙΠΟ*Λέμωι. εἰ μὲν γὰρ*
ΗΔΟΝΗΣΕΝ*εκεν ὑμνήσ*
ΟΥΣΙΝΤΑΣΤ*οιαύτας καρ*
ΤΕΡΙΑΣΤΙΓΕ*νοιτ' ἂν τοῖς Ἕλ*
ΛΗΣΙΝΗΔΕΙ*ον.*

non satis accurate in vs. 3 et 4 lacunae spatium expletur, namque *duodecim* litterulae, ut vides, interciderunt. Quamobrem melius haec ita explebuntur:

ΗΔΟΝΗΣΕΝ*εκεν ἐγκωμιάσ*
ΟΥΣΙΝΤΑΣΤ*ηλικαύτας καρ*
ΤΕΡΙΑΣ.

Εἰ μὲν γὰρ ἡδονῆς ἕνεκεν ἐγκωμιάσουσιν τὰς τηλικαύτας καρτερίας, τί γένοιτ' ἂν τοῖς Ἕλλησιν ἥδιον κτέ.

Scribebam haec, ut Hyperidis verbis utar vs. 145: *πόνους πόνων διαδόχους ποιούμενος* Lugduni-Batavorum mense Maio anni MDCCCLVIII.